dit gremium redeunt. ut. c. super eo, de here. li.
vi. Et pro his monitionibus satisfaciunt aucto-
ritas apostolica ad Titum, iij. ubi dicit hereticum
hominem post unam et secundam admonitionem de
vita, ad idem. xxiiij. q. j. quod dignior. et. q. iij.
dixit apostolus. Inquisitores etiam et abudanti con-
sueuerunt addere tertiam monitionem / ut magis
processus suos videantur iustificare. In quibus
monitionibus quarum singule decem dies
continet monent eos ad conversionem: et reuertentibus
promittunt benignam misericordiam. Quibus
pactis procedendum est ad inquisitionem: reci-
piendo in vnaquaque parrochia iuramentum
a rectore parochiali: et ab alijs probis et bo-
nestis viris, et si illi deponant aliquos de parro-
chia / fore hereticos / aut diffamatos / siue
suspectos: consueuerunt secreto eos coram se vo-
care et secreto ad conversionem monere, et ubi
nec sic voluerint: procedit contra eos secundum
formam iuris: qui processus determinat aperte.
per tex. in cle. j. s. j. de heret. ubi tex. dicit
quod procedendum est per diocesanos / episcopos / et per
inquisitores a sede apostolica deputatos simul con-
uenientes. Sunt tamen quedam que possunt vnus
sine alio agere: utpote citare arrestare: seu
capere ac carceri mancipare, etiam ponendo in
compedibus vel manibus ferreis / prout secundum

ma pena punitat
episcopi. qm hoc cri-
men inpossunt in-
iure

no claud
it gram
m Red
m h

q

v

desi viderit expedire. Poterit etiā inq̄rere
quisq; predictoz sine altero cōtra illos de
q̄bus viderit inq̄rendū, dīro tñ carceri mā-
cipare siue arto q̄ magis ad penā quā ad cu-
stodiā videat / aut tormētis supponere eos
cōtra quos procedit: aut diffinitiva senten-
tiā ferre cōtra eos nō poterit ep̄us sine inq̄-
sitorē: aut inq̄sitor sine ep̄o: aut ei? vel capi-
tuli / sede vacante sup hoc delegato, qd̄ tñ in-
telligit / dūmodo adinuicē copiā habere va-
leat infra octo dierū spaciū postq̄ inuicē se
requisierint. Si autē cōuenire nō potuerint
propter p̄missa / tūc inq̄sitor ordinariū: vel
ecōtra ordinariū inq̄sitori poterit sup p̄mis-
sis cōmittere vices suas: vel per litteras si-
gnificare eidē suū cōsiliū / vel assensū, vt di-
cit ibi tex, vt cum maiori puritate et integri-
tate res agat. Inhibitiū est inq̄sitorib? et tā-
ipoz q̄ ep̄oz a capituloz sede vacante dele-
gatis siue cōmissariis: ne p̄textu inq̄sitiōis
officij quibuscūq; modis illicitis ab aliq̄b?
pecuniā extorqueat: et si sec? fecerint eo ip̄o
sentētiā excoicationis incurrūt: a qua nō
possunt absolui p̄terq̄ in mortis articulo:
donec plenariā satisfactiōē fecerint / bis a
q̄bus extorserūt, a qua satisfactiōe nullis
pactis / aut p̄uilegijs / aut remissiōib? pote-
rūt liberari, et ne hoc latere possit / notarij
et officiales dicti officij: necnō fratres et so-
cij inq̄sitorū ip̄oz et cōmissarioz q̄ dictos
inq̄sitores / aut cōmissarios secreta p̄dicta
nouerint cōmississe, si indignatiōez dei et se-
dis aplice offensaz voluerint euitare: graui-
ter ip̄os arguere et corrigere studeāt in secre-
to, q̄ si taliter ea sciuerint / vt probare vale-
ant p̄latis inq̄sitorū et cōmissarioz eoz iudez
studeant nūciare, vt in cle. ij, eo. ti. Pōdera-
tñ illū tex, qui nō loq̄tur de ep̄is, vnde licet
ip̄i ab his debeāt abstinere, nō tñ pena p̄di-
cta haberet locū in illis / cū nō sit expressus,
voluit enim dignitati eoz deferre, vt in, c.
sane. lo. ij, de offi. deleg. et in, c. ij, eo. ti. l. vj,
ita tenet glo. in dicta cle. ij, quam sequun-
tur ibi cōmuniter doctores. Ep̄us tñ nō de-
bet aliqd̄ habere propter inq̄sitiōez nec par-
tē aliq̄ de deputat? inq̄sitiōis officio: vt pa-
tet in extrauagan. Boni, ex eo. s. pe. ita te-
net Jo. an. in, c. si. s. j, de here. li. vj. Cōside-
ra etiā circa idēz q̄ tex, ille p̄hibet illicitas
extorsiōes: nō tñ per hoc tollit penas pe-
cuniarias: applicādas officio imponi et exi-

gi scdm glo. ibi circa qd̄ dicit Math. qd̄ be-
ne possunt i culpat? de hoc crimie imponi p̄nie
in pecunia pro paupib? vt alijs pijs opib?
vt. c. accu. s. de q̄stioib? et s. si vero, d̄ here.
li. vj. Refert etiā fr̄ez aluaz hispanie tenuis-
se / q̄ hac multa pecuniaria inq̄sitores impo-
nūt quoties aliqui proferūt verba heretica
aut ludēdo: aut ex ira: aut ex fatua simplici-
tate et ignoratia: q̄ tñ excusationē nō habet.
Ex his casib? et similib? possunt pecuniali-
ter puniri. Nam et ecclia hoc facit. xxij, di.
quamq; de iude. ad liberandā de rapto, in
archiepiscopatu. Itē inq̄sitores possunt he-
retic? cōuersis penas cōmutare vel minora-
re, in, c. vt cōmissi de here. li. vj. Itāz et alias
iudex ex certis causis minorat penas, ff. de
penis: aut facta, s. si. Itē pro hoc facit litte-
ra dicte cle. ij, a cōtrario, per hoc enīz qd̄ di-
cit q̄ modis illicitis nō possunt extorq̄re pe-
cuniā ergo licit? sic, de presump. nōne. xxv.
di. qualis, ff. de iudi. cū pretor. Itē qz dicta
cle. ponit verbū extorq̄ant qd̄ sonat in vitiū
violētie vel fraudis ergo sec? si iuste cōdem-
nent: sed caueāt scdm euz ne imburfent: qz
reputaret extorsio: sed dēt paupib? vel ap-
plicēt officio inq̄sitiōis, in cle. statutum de
elec. de p̄sump. litteras, de offi. ordi. dilect?
Idē per oia seq̄tur do. Cardi. in dicta cle.
ij, et. iij, cle. ad nostrū, in fi. eo. ti. Sed q̄
ro iuxta p̄dicta: vtrū inq̄sitores possunt reci-
pere modica exētia q̄ colitur in esculetis et
poculētis mera liberalitate oblati q̄ pau-
cis possunt cōsumi dieb? et veritas hui? q̄
stiois p̄det ab illa. An alij iudices possint
ista recipere. In quo fuit varietas inter do-
cto. nā glo. l. i. plebi. ff. de offi. p̄si. tenuit / q̄
licet olim illud licitū esset per dictā. l. et per
l. solēt. ff. de offi. procōsu, tñ hodie illud est
immutatū per iura noua et correctū. S; bar.
in dicta. l. plebisci, post Bull. tenet opinio-
nem cōtrariā. Sed in aut. vt iudi. sine quo-
quo suffra. s. scriptum, tenet opi. dicte glo.
quod etiā tenet glo. in dicto. s. et dicit / q̄ lex
plebiscito et alia iura que innuunt contra-
rium possent habere locum in defectuz sui
salarij, et tunc etiam mediocriter et a spon-
te dantibus, vt innuit tex. in dicto. s. et glo.
in dicta. l. plebiscito. Predicta dicit fore ve-
ra in iudice ordinario, sed iudex delegatus
indistincte potest secūdu eū accipere escu-
lentū et poculētū / qd̄ paucis cōsumi possit

quā possit in p̄m
pena pecuniaria

inquisitores
non possunt
accipere pecu-
niam

an inquisitores
possit recipere
modica exētia

quid de iudice
delegato

dieb' dūmodo mera liberalitate sit oblatū
 vt. c. statutū. §. insup. de rescri. li. vj. Et istā
 opi. seqtur Bal. in dicta. l. solēt. licet nō ita
 plene distinguat. et opi. istoz doctoz satis
 est cōformis legib' ordi. hispanie: que indi
 stincte p̄hibēt iudicib' / ne aliqd a partib'
 recipiāt. Ad iūgit tñ Bal. ibi. q̄ pro q̄busdā
 minimis nō offēdit lex: vt pro vni pari fa
 sianoz / vel pro duab' fialis malualie. ff. de
 cōdi. et demō. l. q̄uis. qz pro tā paruo iudicij
 anim' nō flectit. Ad qd etiā ego iduco tex.
 c. et si q̄stiones. de sumo. vbi pro modico vo
 luntarie oblato in collatiōe rei spūalis nō
 cōmittit simonia: licet in spūalib' om̄is tra
 ditio et promissio cessare debeat. Adde glo.
 not. xj. q. iij. nō licet. Et quib' infert ad de
 cisionē q̄stiois p̄posite: q̄ cū inq̄sitorib' et
 cōmissarijs sint deputati reddi' officij: et
 sic in eis militet ea ratio que in ordinario:
 p̄sertim / qz cū sint delegati ad vniuersitatē
 causarū. vt not. in. c. per hoc. de here. li. vj.
 naturā ordinariā sapiūt / scdm glo. de appl.
 cū causas. Idez in eis qd in ordinarijs erit
 dicēdū. **¶** Alteri' q̄ro circa p̄missa in quo
 territorio sit heretic' de hoc crimine cōue
 niēdus. Ad hoc respōdet per tex. in. c. vt cō
 missi. §. j. de here. li. vj. q̄ in loco vbi heresim
 incurrit etiā si ad aliā iurisdictionē se cōfe
 rat. sed an in loco illo ad quem se trāstulit
 poterit pueniri. dic q̄ sic. vt dicit ibi glo. cū
 etiā ibidē cēseat delinq̄re heresiz illā retinē
 do: facit in simili qd not. Bar. in. l. si dñm.
 ff. de fur. et l. si abducta. l. e. et l. si nec lega
 tari'. ff. de cōdi. furti. vbi tenet / q̄ si aliqs fe
 cit furtū Florezie et reperit Marusū / cum re
 subtracta poterit ibi conueniri. s. Marusij.
 Mā sic mutatiōe dñi / nascit' noua actio fur
 ti / ad penā applicādaqz parti: sic mutatione
 territorij et iurisdictionis / noua nascit' actio
 siue accusatio furti ad vindictā publicā per
 dictā. l. si dominium.

Questio. ix.

Nono q̄ro / cōtra quos possit
 p̄cedi obtētū hui' criminis.
 Dicēdū est q̄ cōtra hereticos
 credētes fautores et recepto
 res eoz. vt in. c. vt officij. in prin. et c. vt in
 q̄stiois in prin. de here. li. vj. Qui autē dicā
 tur heretici determinat tex. in. c. ad abolen
 dam. in pn. eo. ti. in volumine. De quo tñ vi
 de q̄ late scripsi supra in p̄mo mēbro. Inter

ceteros autē ille q̄ diceret p̄tinaciter / q̄ exer
 cere vsuras nō est pactū: heretic' iudicaret
 in cle. vnica. §. vlti. de vsur. **¶** Itē q̄ p̄pter con
 tumaciā in causa heresis excōicat / si per an
 nū in excōicatiōe persistat: est velut hereti
 cus cōdēnand'. in. c. cū cōtumacia de here.
 li. vj. Et nedū cōtra hereticos p̄cedi pōt: ve
 rum etiā cōtra suspectos et infamatos de he
 resi. vt in dicto. c. vt officij in prin. et de hu
 iusmodi suspiciōe est exēplū in casu. c. si. de
 penis p̄tra illū q̄ diu in excōicatiōe etiā pro
 q̄licū causa inflicta perseuerauit et in simi
 lib'. **¶** De sortilegijs vero et diuinatiōib' nō
 se poterūt inq̄sitores intrmittere: nisi he
 resiz sapiāt manifeste. vt. c. accusat'. §. sane
 de here. li. vj. Et his infert ad q̄stionē / Qui
 dam frater professus exiuit ordinem et acce
 pit vxorē. An inq̄sitor heretice prauitatis
 possit de hoc cognoscere. Butri. in. l. in. l. iij. de
 sum. tri. distinguebat: qz aut accepit eaz
 clam et p̄sumit dolose hoc fecisse et nō per
 errorem: et sic cōtra eū nō poterit p̄cedere. **¶** Aut
 accepit palā: et eo casu nō p̄sumit in dolo s̄
 erronee hoc fecisse: putās sibi licere et qd er
 ret in fide: et sic cognitio p̄tinebit ad inq̄s
 tozē. Idē seqtur Panoz. in. c. cū qdā. de iur
 re iurā. et in suo cōsilio. lxxvij. Infert etiaz
 ad aliā q̄stionē. An inq̄sitor heretice prauitatis
 possit p̄cedere cōtra illū q̄ binas nu
 ptias p̄traxit / itaqz viuere p̄ma vxore duxit
 scdm: et Lopus abbas in dicto. §. sane. di
 cit qd fuit cōsultū qd sic: qz videt cōmittere
 cōtra vnū de sacramētis ecclesie: et per cōse
 quēs heretic' est habēdus. de here. ad abo
 ledaz in prin. Idē seqtur ibi Dñicus: s̄ ego
 distinguere. vt supra p̄xima q̄stioe. An scz
 clam v̄ palā illud fecerit: et per hoc poteris
 ad multa similia respōdere. **¶** Alteri' q̄
 ro circa p̄missa. an inq̄sitores p̄fati p̄cede
 re possint contra diuinatores et sortilegos.
 Ad hoc dicēdū est q̄ nō: nisi heresim sapiāt
 manifestā / vt p̄dixim': q̄ndo autē dicant sa
 pere heresim est satis difficile diffinire. S̄
 Oldra. cōsil. ccc. volēs hoc determinare di
 cit: q̄ si qs per inuocationē demonis vult
 aliqd futuz scire: hoc heresim sapit manife
 ste: qz vult demoni attribuerē qd soli deo est
 reseruatū. iuxta illud Esaye. xij. Annun
 ciate nobis que futura sunt / et dicem' quia
 dij estis vos. Idem tenet Jo. an. in addi.
 ad specu. titu. de sortile. et hoc casu potest

An nō cōmittit si
 mo ma

quo loco sit
 cōueniēdū q̄ he
 retic'?

in in q̄m
 tor possit
 eno gre.
 de sum. tri. q̄ sit
 palat' p̄fes
 et m' dicit

an possit p̄
 de re. §. iij.
 binas nu
 ptias. cōtra

an. §. sortile
 gos

ntelligi ter. xxvj. q. v. epi in prin. vbi predi-
 ctos appellat hereticos. Non tñ ego crede
 rem hoc esse verū sic simpliciter loquendo.
 Sed pro veritate hui⁹ cōsiderādū est: qz fu-
 tura dupliciter cognosci possunt. Uno qui-
 dem mō in suis causis. Alio mō in se ipis.
 Cause aut futurozū tripliciter se habēt.
 Quedā enim producūt ex necessitate z sem-
 per suos effect⁹: z huiusmodi effect⁹ futuri
 per certitudinē prenosci z prenunciari pos-
 sunt. ex cōsideratiōe suarū causarū: sic astro-
 logi pñunciāt eclipses futuras. Quedā ve-
 ro cause producūt suos effect⁹ nō ex necessi-
 tate/ z semp: s; vt in plurib⁹ raro tñ deficiūt
 z per huiusmodi causas possunt precogno-
 sci effect⁹ futuri: nō quidē per certitudines
 sed per quādā cōiecturā: sicut astrologi per
 cōsiderationē stellarū/ qdaz pñoscere z pre-
 nunciare possunt de pluuijs z siccitatib⁹. et
 medici de sanitate vel morte. Quedā vero
 cause sunt/ q si scdm se cōsiderent habent se
 ad vtrūlibet: qd pñcipue videt de potētis ra-
 tionabilib⁹ q se hñt ad opposita scdm phi-
 losophū: z tales effect⁹. vel etiā: si q effectus/
 vt in pauciorib⁹ casu accidūt ex naturalib⁹
 causis per cōsiderationē causarū pñosci nō
 possunt/ nisi i seipis cōsiderent. Hoies aut
 huiusmodi effect⁹ in seipis solū cōsiderare
 possunt/ dum sunt pñsentes: sicut cū homo vi-
 det sortes currere vel ambulare. Sed cōside-
 rare huiusmodi anteq̄ fiat est propriū dei:
 qui solus in sua eternitate videt ea q futura
 sunt tanq̄ pñsencia: z de hoc intelligit prein-
 ducta auctoritas esaię. Annūciate nobis z
 cetera. Si q̄s vero huiusmodi futura pñosce-
 re/ aut prenunciare quoq̄ modo pñsumperit/
 nisi deo reuelate manifeste vsurpat sibi qd
 dei est. Hec ponit sc̄s L. ho. sc̄da sc̄de. q. xcvi
 ar. j. de quo etiā vide eūdē sc̄da sc̄de. q. clxxij
 arti. j. cū agit de pñbetia: z in summa cōtra
 gētilis. li. iij. c. cliij. vbi subiūgit qz maligni
 spūs veritatē fidei corrūpere molietes. Si-
 cut abutunt opatiōe miraculozū: vt errores
 inducāt hoib⁹ z argumētū vere fidei debili-
 tēt: nō tñ vere miracula faciēdo: s; ea q hoī-
 bus miraculosa apparēt: ita etiā abutunt
 pñbetica pñnunciatiōe: nō qdē vere pñbe-
 tado: s; pñnunciādo aliq̄ scdm ordinē causa-
 rū huiusmodi occultarū: vt videant futura
 pñoscere in seipis / qd hoib⁹ persuadet qui
 occultas rerū causas nō cognoscūt. Predi-

quales futuri
 cum cognoscuntur
 cas.

cti siq̄dem spūs subtilitate intellectus sui:
 magis possunt cognoscere quā hoies: quō
 z q̄liter effect⁹ naturalium causarū impediri
 pōt z causas effect⁹ aliq̄s occulte pducētes
 z ideo in pñnunciādo futura: mirabiliores z
 veratiores apparēt q̄ hoies q̄ntūcūqz sci-
 entes: hec ille. p q̄bus allego bonū ter. xxvj
 q. v. sciēdū. vnde qdā astrologi/ q hoies diui-
 nos se gētib⁹ ostētare volūt/ cum videāt: qz
 per pñcipia illi⁹ sciētie de futuris actib⁹ ho-
 minū q ex arbitrij libertate procedūt aliq̄d
 certū seu firmū determinare nō valēt: cum
 enim intellect⁹ aut ratio non est corp⁹/ nec
 act⁹ organi corporei: z per cōsequēs nec vo-
 lūtas q est in ratiōe/ vt patz per P̄būm. iij.
 de aia. Nullū aut corp⁹ pōt imp̄mere in rez
 incorporeā: ex quo seq̄tur qz impossibile est
 corpora celestia directe imp̄mere in intelle-
 ctū z volūtatē: s; tñ indirecte in q̄busdā be-
 stialib⁹ hoib⁹ q ratiōez z intellectū subijciūt
 appetitui sensitivo. huiusmodi vani hoies
 z insani recurrūt ad demōes: a q̄bus per q̄-
 das occulta pacta multa de futuris intelli-
 gūt. Unde augu. sc̄do sup gene. ad lram di-
 cit. fatēdū ē quō a mathematicis vera dicūt
 instictu qdā occultissimo dici/ qd nesciētes
 hūane mētes patiunt. qd tñ ad decipiēdos
 hoies fit: spūm imundozū z seductozū opa-
 tiōe: q qdā vera de tēporalib⁹ reb⁹ nosse p-
 mittūt. Vñ pcludit. Qua ppter bono xp̄ia-
 no/ siue mathematici/ siue q̄libz impie diui-
 natiū z maxime dicētes vera: cauedi sūt/ ne
 p̄sortio demoniozū aiaz deceptā pacto qdā
 societatis irretiat: z pōdera illud qd Aug. di-
 cit illos diuinātes q vera dicūt: maxime fo-
 re vitādos. Demō enim q intēdit p̄ditionē
 hoim. z iuxta apli p̄etri vocē. Tacq̄ leo ru-
 giēs circuit qrens quē deuoret: sepissime in
 suis respōsis vera dicit: vt hoies assuetaci-
 at ad hoc vt ei credat. Vñ Athanasius expo-
 nēs illud qd habet Luc. iij. increpauit illū
 dicēs. Obmutescē dicit/ quis vera fatere
 demō: p̄pescēbat tñ xp̄s ei⁹ sermonē/ ne siml
 cū x̄itate etiā suā iniquitatē pmulget: vt nos
 etiā assuetaciat ne curem⁹ de talib⁹: etiā si
 vera loq̄ videant. Nephas eni est vt cū alit
 nobis scriptura diuina/ a diabolo instrua-
 mur. Interdū etiā de⁹ pmittit ea q a demo-
 nib⁹ p̄dicunt euenire: vt ipi q hoc audiūt z
 vidēt p̄bent/ z appeat q̄li fide sunt vl̄ deuo-
 tiōe erga deū/ sic legit in deut. c. xij. Joy
 B ij

ses ex p̄cepto dñi populo p̄cepisse dicēs. Si surrexerit in medio tui p̄phetes / aut q̄ dicat somnū se vidisse: et p̄dixerit signū atq; portētū. et venerit qd̄ locut⁹ est. nō audies verba p̄phete / aut somniatoris. q; tēptat vos dñs deus vester. vt palā fiat vtrū dicit sciat: gatis eū an nō. in. c. nec mirū. xxvj. q. v. qui est rex. Augu. Similiter quoq; demones se habēt in opationib⁹. Operant enim que dam scdm ordinē naturalē. cū propter subtilitatē ingenij sui / naturas rerū occultas sciāt / q̄ hoibus propter grossiciē ingenij miraculosa vident. eo qd̄ illoꝝ causas nō attingūt. nō tñ demones preter nature ordinem quicq; efficere possunt. de quo optim⁹ tex. Augustini in dicto. c. nec mirū. Quib⁹ premissis quo ad q̄stionē propositā videt dicē dum. qd̄ si q̄s inuocās demones vel sortilegia aut diuinationes exercēs: credit demones aliq̄ de futuris scire. ad quoz cognitio nē nō pertingūt. aut in operabilib⁹ credit eozum virtutem ad aliqua se extendere. ad que secundum rei veritatem se non extendit / huiusmodi error cū p̄tinacia heresiz induceret. Et sic intelligo tex. in dicto. c. epi. ad quod etiā bonus tex. ea. causa. q. vij. nō obseruetis. Quod satis aperte dominus insinuare voluit de utero. xvij. vbi inter abominaciones gentilium predicta maleficia et sortilegia cōnumerauit. Si vero ista credulitas falsa cessaret: licet res sit valde illicita: nō tñ heresim saperet: cū discessum a fide nō haberet in quo ratio heresiz cōsistit: vt ex superiorib⁹ patet. Ex quibus manifeste deprehēdit q̄ magnū instet piculū / his qui ad has vanitates et insanias falsas se cōuertūt. Ex huiusmodi etiā dānanda cuz demonibus societate detestabile ydolatrie scelus sepissime incurrit. Demō enim superbie caput: summope ab hoibus adorari desiderat. vt patz Nathei. iij. Unde de quibusdā auidissime his vanitatib⁹ dedit: taliter persuadet: et talib⁹ modis eos allicit / vt sacrificiū vel reuerētiaz ei exhibeāt. Contra quos dicit Esaiē. xxvij. dixistis pcussimus fedus cū morte et cū inferno fecimus pactū. et in suma Qui talib⁹ socijs se imiscet nō valet illesus euadere. Alteri⁹ q̄ro: an inq̄sitores p̄fati possint procedere cōtra iudeos: qui inducūt xp̄ianos ad eozū rituz aut eos defendūt: occultāt: et fouēt in dictis

errorib⁹. et dicēdū est q̄ sic. scdm Oldra. cō si. xxxvj. Idē tenet Jo. an. in. c. cōtra xp̄ianos. de here. li. vj. in noui. qd̄ dicit ex extraua. Brego. et Clemē. clare patere. q̄ q̄des extraua. reseruate sunt in suo vigore per. c. si. in prin. eo. ti. et li.

Questio. x.

Ecimo quero: quib⁹ modis procedi possit p̄tra hereticos ad puniendum eos de heresi. Ad qd̄ dicēdū q̄ trib⁹ modis scilicet. accusando: inquiredo: denūciado. adde quartū scilicet per viā notozij. De primis trib⁹ est tex. de accu. sup bis in prin. et c. licet heli. de simo. De vltimo est tex. in dicto. c. licet heli. Pro euidētia p̄mi aduerte / q̄ et si accusatiōis gen⁹ illaudabilis intentiōis esse dicat. vt in. c. si q̄s ep̄us. ij. q. vij. de quo per glo. ij. q. vj. c. decreto. Illud tñ debz in telligi quo ad vulgi opinionē: alias enim p̄sumit q̄s bono zelo accusare. de dol. et cōtu. veritat. Ex charitate enim debet accusatio prouenire. de accu. si q̄s ep̄us. et nō zelo vindicte p̄uate aut odij p̄sonalis. eo. ti. accusasti. et qui accusat publice: salutis custodiam gerit. l. de famo. libel. l. vna. Pro quo vide bonā glo. in dicto. c. si q̄s ep̄us. ij. q. vij. et si in omni crimine hoc p̄cedat: a fortiori in huiusmodi crimine heresiz qd̄ grauissimū est vt ex superiorib⁹ patet. cū etiam in obprobriū dei cedat: cui⁹ obprobria dissimulare nō debem⁹: qz ip̄e nostra deleuit. vt in c. in nōnullis. de iude. Et licet regulariter laic⁹ clericū accusare nō possit. vt. c. j. et ij. et q̄si per totū. ij. q. vij. et de accu. c. cum. p̄. La men fallit hoc in crimine heresiz vt voluit glo. ij. q. vij. in sum. Est et aliud speciale in hoc qd̄ regulariter nō potest recedi ab obedientia p̄lati instituta accusatiōe / aut iudicio cōtra illū. vij. q. iij. nōne. Fallit tamē in hoc crimine: nā etiā ante institutā accusatiōez recedi potest a p̄lato heretico: iuxta glo. c. sacerdos. ij. q. vij. et c. cū nō liceat. de prescrip. Est etiā et aliud: q̄ quāq; in alijs criminibus accusator in publicum prodire debeat. ij. questi. ix. c. Non oportet. et c. habetur. et inscriptionem facere. vt. l. libellozum. ff. de accusatio. et. l. qui crimen. l. qui accusare non possunt. et. l. pe. l. de accusatio. et. cap. super bis. eo. titu. et cap. licet heli. de simo. et similem carceris cu-

studiam subire. **E**. ca. l. si. Speciale tamen
est in hoc crimine quod ubi propter potentias
personarum contra quas proceditur: vide
ant episcopus vel inquisitores graue periculum imine
re: si contingat fieri publicationes nominum eo
rum qui accusant: procedi poterit eorum nominibus
sub secreto seruatis ut in. c. si. s. iubemur de
here. li. vj. seruata forma illi. **C** adde etiam quod
hereticus hereticum accusare potest. ij. q. vj. si be
retic. et per glo. xxij. q. iij. ipa pietas. quod
in hoc crimine speciale est: cum alias regula
riter criminofus criminofum accusare non
possit. ij. q. vj. c. q. siue. et c. pastoralis: et de
accu. c. j. **Q**uod autem ad inquisitionis ordinem si spe
cialiter contra aliquem infamatum de hoc crimi
ne procedatur: procedendum est iuxta formam. c.
quod liter. lo. ij. s. debet de accu. Si autem generalis
inquisitio fiat in ciuitate vel diocesi: tunc ex tes
tibus in illa generali inquisitione examinatis: etiam
si sufficenter contra aliquem deponatur: non pote
rit ille condemnari: sed oportet quod eo nominatim
vocato et data sibi copia defensionis contra eum
procedatur. et iterum probationes sufficentes fiat ut
voluit Innocentius de elec. bone. lo. j. et spec. ti. de
no. cri. in prin. ymo. ex talibus probationibus in ge
nerali inquisitione habitis: adhuc ad torturam
non posset procedi: iuxta doctrinam. Bar. in. l.
si. ff. de qstio. **Q**uatum autem ad denunciationem:
dicendum est quod procedere debet euangelica moni
tio: iuxta illud euangelij. Si peccauerit in
te frater tuus et cetera. ij. q. j. si peccauerit de iu
di. nouit. et quod hanc monitionem non premitteret a
denunciatione repellere. de accu. c. ij. et c. quod li
ter. lo. ij. et c. sup. bis. hoc tamen limita verum cum
peccatum esset occultum secus autem si publicum. Nam
eo casu premonitio non requiritur: secundum illud
apostoli. Ibi. v. **P**eccate coram omnibus argue ut
ceteri timore habeat. **Q**uod intelligitur de pec
catis publicis: ut dicit Augustinus in li. de ver
bis domini. Item in heresi occulta ubi posset imi
nere periculum in dilatione: ut quod est aliquis he
reticus occultus: qui peruatim homines a fide auer
tit. Aut sit tractatus occultus quomodo ciuitas tra
dat hostibus: quod etiam celerrimum exoptat reme
diu. **I**stis casibus alio etiam non expectato: sta
tim procedendum est ad denunciationem: nisi for
te aliquis firmiter estimaret quod statim per se
cretam admonitionem huiusmodi mala posset
impedire: ut dicitur. I. bo. scda scde. q. xxxij
ar. vij. et. iij. sent. di. xix. **B**ona tamen est in omnibus
denunciationibus: quod si crimen est adeo occultis:

simum: quod nequeat probari: non habet locum huius
denunciatio: in tamen quod etiam si placet contrarius
mandaret non esset sibi in hoc obediendum: cum
sit contra preceptum domini. **Q**uod dicitur fratrum occulta
noluit reuelari. imo eo casu peccaret precipi
ens et obediens. **O**bedire enim oportet deo
magis quam hominibus. iuxta illud actuum. v. et si
generaliter placet precipere: ut si dicatur quod
quis sciuerit corrigendum. **I**ntelligendum est
sane illud preceptum. scilicet saluo ordine iuris
et fraterne correctionis. quod tamen medicus corpora
lis sanitatem egroti confert si potest sine alicuius
membris abscissione. Si autem non potest. abscindit
membrum minus necessarium. ut vita totum conser
uet. **S**ic et medicus spiritualis agere debet
si enim potest emendare fratrem quantum ad conscien
tiam salua fama et illesa. illud faciat: ut predi
ctum est. si tamen hoc non potest. tunc quod conscientia pre
ferenda est fame. **V**oluit dominus: ut etiam cum di
speditio fame conscientia fratris per publicam de
nunciationem a peccato liberetur. ubi tamen de occultis
aliqua iudicia apparerent. puta per infamias vel
per alias suspensiones posset placet precipere
ista sibi reuelari eo modo sicut et iudex in
quirat contra infamatum: quod iam illud non est omni
no occultum: nec ab hoc diuertat id quod in capti
uis religiosorum fit: ubi etiam sine aliqua pambu
la monitione denunciant secreta proximi deli
cta. **N**am illa sunt de aliquibus leuibus que fame
non derogant: et si essent talia de quibus frater
infamaret contra preceptum domini faceret: quod per hunc
modum peccatum fratris publicaret. quod est intel
ligendum modo predicto. **I**sta tamen sunt de men
te sancti **L**eo. scda scde. q. xxxij. arti. vij. et. iij
sen. di. xix. tenet idem: dicens etiam in peccato omnino
occulto reglam euangelij locum habere. et indu
cit quod Augustinus in regula dicit. **I**nnocentes non
estis: si fratres vestros quos iudicando corrigere
potestis tacendo perire permittatis. nec ex hoc
aliquis efficitur peccator criminis: quod non manife
stat crimine ad infamandum sed ad corrigendum
Sed **J**o. an. in. c. nouit. de iudi. tenet quod in
peccato omnino occulto: taliter quod probari
non potest non habeat locum hec denunciatio. talia
enim omnino occulta diuino iudicio sunt relin
quenda. vj. q. j. si oia. et hoc videtur voluisse glo.
in dicto. c. si peccauerit. **S**ed **P**anor. ibi di
cit. quod staret hoc secreto: licet in publicum non
debeat res prodici. pro quo videtur mihi bo
nus textus in dicto. c. Si peccauerit. et ibi
glo. **D**ebet tamen fieri diligens exhortatio/
B iij

quibus procedat
in peccato occulto
nota

z fraterna admonitio erga ipm in secreto: vt se emēdet. vt dicit ibi tex. z ad huc si oportueret potrit hoc significare p̄sbytero suo / aut p̄lato in secreto: q̄ monēdo z orādo poterit prodesse z nō obesse. Pro quo bo. tex. xxij. q. v. hoc videt̄. z qz sc̄s L. bo. tenuit cōtrariū vbi supra: ad motiua sua stat respōsio. qd̄ debēt intelligi modo predicto. z ad predicta multum facit tex. in cle. ij. de here. vbi probat̄: qd̄ delictū qd̄ probari nō potest nō debet iudici denūciari. Ad idēz induco etiā tex. in. c. qualiter lo. i. de accu. in fi. vbi iudex qui generaliter inquit sup̄ statu ecclesie nō debet ad occulta reuelāda astringere testes in inquisitione deponētes. Pertinet enim ad debitū charitatis crimē fratris celare de offi. ordi. si sacerdos. j. q. j. xps qd̄ fecit eo p̄cipue: qz cū res eo modo est occultissima iudicialis auctoritas nil prodesse potest: cū nec probationib⁹ iste cōvinci queat: nec subici torture vt inuit⁹ cōfiteat̄: ex quo indicia nō procedūt. Et ex his inferitur ad istas generales monitiōes q̄ fiūt in ecclesijs a iudicib⁹ sub pena excoicatiois: vt sciētes furta vel alia delicta huiusmodi debeat reuelare. per p̄dicta enim colligere poteris qualiter ille sint intelligēde: z quo modo / z ad quid astringat.

Questio. xj.

Undecimo q̄ro de citatiōe hereticorū. Et pro hui⁹ euidētia est distinguēdū: qz aut q̄rimus de citatiōe verbali. aut de citatiōe reali. Primo casu citādus est qui de hoc crimine impetit quacūqz via procedat cōtra eum: vt habeat copiā se defendendi: cum enim defensio sit de iure naturali. vt in cle. pastoralis. §. ceterū. de re iudi. nemini denegāda est q̄ntūcūqz excoicatio z criminosa. de excep. cum inter. z. c. si. Si tñ esset heretic⁹ relapsus sine aliqua audietia esset iudicio seculari relinquēd⁹ de here. ad abolēdā. §. illos. z. c. sup̄ eo. ti. li. vj. Quis autē dicat̄ relapsus. vide pulchrū tex. c. accusatus eo. ti. z. li. Ego tñ putarē: qd̄ licet relapsus nō debeat audiri super crimine. vt in dict⁹ iuri. Si tñ vult excusare se relapsus nō fore bene esset audiēdus. Nam cū dispositio excludēs exceptiōes fundat̄ sup̄ certā q̄litate. nō videt̄ excludere exceptiones detrahētes illi q̄litati. vt voluit glo. c. cupien-

tes. §. qd̄ si per. xx. de elec. li. vj. z cle. vnica. de secref. po. z fruc. z Bar. in. l. j. §. parui refert. qd̄ vi. aut clam. Sic in proposito est dicēdum. vt cū illa iura se fundent super relapsu. nō videant̄ tollere defensionē / quo ad hoc qd̄ iste posset dicere se non relapsu. et hāc citationē poterunt ep̄i z inq̄sitores nēdum per se / sed per alios facere. vt in. c. vt cōmissi. in prin. de here. li. vj. Aut q̄rimus de citatiōe reali. hoc est per capturā persone: z similiter illā facere possunt: z tā verbales q̄ hāc realē citatiōes ep̄us sine inq̄sitore: z inq̄sitor sine ep̄o facere poterit. de here. cle. j. §. j. Regulare enī est qd̄ cōuent⁹ sup̄ crimine capi pōt p̄sonaliter / z incarcerari: z p̄sertim q̄ndo delictū est maximū / sicut heresis de qua materia vide late per Bar. i. l. fi. ff. ad leg. iul. pecu. z i. l. j. ff. de custo. reorū. z i bac captura seruat̄ de more ista practica. qd̄ informatiōe p̄habita per iudicē de maleficio z malefactore: sine alia citatiōe verbali procedēte / mittūt ad capiēdū reū / si crimen sit enorme cuiusmodi est istud. z hoc ne fugam arripiat cōsciū de crimine. ita dicit Salic. in. l. ij. l. de exi. z intro. re qd̄ dicit probari per illū tex. p̄sertim iuncta glo. z licet ista modestia incarcerationis sit seruanda vt nemo sit de domo sua trabēdus ad carcerem. vt. l. nemo de domo. ff. de reg. iur. z. l. pleriqz. ff. de. in ius vocan. Hoc tñ procedit in ciuili nō tñ in criminali iuxta glo. in dicta. l. nemo. Seruādum tñ est qd̄ mulieres nō ponant̄ in eodē carcere cū masculis: sed ad partē i alio carcere: qz piculosa est sexū cōmixtio. vt in. l. qm̄. et in aut. nouo iure. l. de custo. reo. z in auten. vt nulli. iudi. §. si vero col. ix. qd̄ procedit nēdum in carcere deputato ad custodia: sed etiā deputato ad penā. iuxta formā. c. pe. de here. z. c. quis. de pen. li. vj. ita tenet glo. in dicto. c. quāuis Et de forma q̄ debet teneri in huiusmodi carcerib⁹ hereticalib⁹ z de custodib⁹ adhibēdis / z substitutis ab eis / et de iuramento qd̄ per eos p̄stādū est. z q̄liter diuerfas clauēs debeāt carcerari adhibere z modo ministrādi necessaria carceratis. vide tex. nota. in dicta cle. j. §. j. de here. Sed pone qd̄ in castro siue territorio alicui⁹ dñi teporariis heretic⁹ manet. z citatus verbaliter per inq̄sitores nō vult corā eis cōparere. an dominus castri teneat̄ eū in manib⁹ inq̄sitorū

quidam cap
atque tenet

an dñs. cust
teneat. ap̄
dere hereticū

ponere si sit ab eis requisit. Ad hoc dicas qd sic. pro quo est tex. apert. c. vt inq̄sitiōis. in prin. de here. li. vi. Quid aut sit in alijs criminib. vide bal. in vfi. seu. ti. de pace te. s. si iudex. vbi dicit. qd si est suus subdit. nō tenetur eū tradere. sec. aut si alien. est subditus. in quo tñ examinādo nō insisto: qz nō est presentis speculatiōis. Sed cui. ex pen. erit remittēdus. Bal. vbi supra tenet qd si aliq̄s puat. pro suo interesse hoc petit: fiet expēsis petētis. vt. l. cum sepe. l. de ero. mili. anno. li. r. Si aut iudex ex officio hoc petat. tñ expen. publicis illi. terre ad quā fit remissio. ar. l. mulier in opus. ff. de cap. et post limi. reuer. Ego tñ putarē qd in crimine heresis si officiu. sufficeret ex redditib. illius essent fiēde. Sed iuxta p̄dicta q̄ro / an delegatus ab ep̄o vel capitulo sede vacante aut ab inquisitore possit hanc personalē capturā facere. et viderē qd nō: qz delegatus nō potest citare personaliter / vt voluit glo. in. l. cōsentaneū. l. quō et q̄ndo iu. S. glo. in. l. ij. ff. de iur. om. iu. dicebat qd delegat. p̄ncipis hoc p̄t. sec. in delegato inferioris a p̄ncipe qui hoc nō p̄t ante lit. cōtestataz sed bene carcerare p̄t post li. cōtesta. Sed Bar. ibi et in dicta. l. pleriqz tenet delegatū inferioris a p̄ncipe nequa q̄ hoc facere posse per tex. i. aut. de testi. s. si vero ignoti. vbi delegat. nō potest cohercere testes et eos torquere. Nō obstat secūdu. eū. tex. in aut. de exhibē. rei. s. si vero etiā. vbi dicit qd delegatus nō p̄t aliqd facere: qz lis nō est cōtest. q̄si innuat qd litē p̄testare posset: qz nō vult hoc dicere. sed debet intelligi / qd si lis esset cōtesta. posset deueniri ad sentēciā / etiā absente reo. et sic posset aliqd facere / per q̄ viderē qd cū delegati p̄dicti / de q̄bus in q̄stione proposita sint inferioris a p̄ncipe nō possent huiusmodi capturā p̄sonalē facere: cōtrariū tñ ego teneo. pro quo induco tex. expressus in dicta cle. j. s. j. de here. vbi aperte hoc probat. hoc etiā p̄bari p̄t: qz ea ratioe qua istud venit in generali delegatione facta per p̄ncipē: vt patet in p̄cedētib. scilicet qz p̄nceps potest ista cōmittere q̄ sunt meri imperij: et videt cōmississe tanq̄ sine q̄bus illuzoria viderē iurisd. delegati. videt idēz dicēdu. in p̄dictis inferiorib. de iure canonico: scōz qd ea q̄ sunt meri imperij sunt delegabilia de offi. ordi. qd sedem. et derapt.

caso expē
sis.

in archiepiscopatu. cum si. Et ex dicta cle. probat qd ille q̄ habet iurisdictionē in crimine: p̄t carcerē creare pro custodiēdo criminolos. Sed pro veritate hui. est aduertendum qd q̄druplex est carcer. **¶** Primus est perpetue pene: et huiusmodi carceratio est meri imperij: qz illa pena equiparat mortem vt not. Inn. de accu. c. qliter. ij. **¶** Secundus carcer est modice coertiōis: vt cū iudex facit ponit nūcios in cippis. et iste carcer est meri imperij: sed minimi. de quo p̄t intelligi. l. ij. l. de sport. qz iste carcer adhibet: qz forte nūci. p̄tēpsit iurisdictionē iudicis. **¶** Tertius est carcer custodie: et est eiusdem speciei / cui. est causa p̄ncipalis. scōz Buil. et Bal. in. l. imperiū. ff. de iuri. om. iudi. vnde si causa est pecuniaria: est iurisdictionis si sit criminalis: est meri imperij. **¶** Quartus est carcer domesticus q̄ nō est licit. nisi in casib. expressis in iure. ff. de offi. presi. l. diuus: et iste carcer nō est sub aliq̄ specie iurisdictionis / qz cōpetit puato. vt voluit Bal. in dicta. l. imperiū. ex q̄bus concludere potes / qd ille q̄ licite p̄t carcerare qd q̄ modo sit ex p̄dictis colligif poterit carcerē cōstituere. et per cōtrariū: qui nō potest carcerare nō poterit cōstituere carceres. Et de hac materia multiplicis carceris vide eūdem Bal. in auten. si captiui. l. de epis. et cleri. **¶** Alterius quero: q̄s p̄videbit de expensis custodib. carcerū p̄dictorum. Solutio. hoc determinat per tex. dicte cle. j. s. sane scilicet qd ep̄us p̄videbit custodi deputato per ip̄m: et intellige de suis redditib. nō de parte puentuū inq̄sitiōis officio deputata. vt i extraua. Bndicti ex eo. s. vey ita tenet glo. in dicta cle. et inq̄sitor similiter p̄videbit illi: quē ip̄e deputabit. scōz de prouētib. deputatis officio. vt in dicta glo. ex quo patet scōm zen. ibi qd carcerat. non p̄videbit custodib. qd dicit nō esse dubiū in deputatis ad perpetuos carceres: qz tales sunt puati bonis. facit. l. cū sepe. l. de ero. mili. anno. li. xij. Idē tenet ibi Mathe. tu dicas in causa heresis nullū fore dubiū per istum tex. in alijs aut dicit Math. et Jo. de ymo. seruādā esse cōsuetudinē qua cessante glo. in dicta. l. cū sepe. dicit qd seruari debet expen. ei. q̄ illū facit custodiri. illas tñ postea relartiet custodit. et sic seruatur. Hoc ego limitarē vbi isti custodes nō essent salaria

an iudex possit
carcerem crea
re q̄druplex est
carcer

quis p̄videbit de
expensis custodi

an p̄t. consuetudo
circa spensas

ti de publico. Nā tūc nibil possent a parti-
bus petere. pro quo facit tex. optim⁹ in ar.
in. l. archiatri. l. de professo. 7 medi. li. x.
7 not. in simili per Inno. in. c. j. de postu. et
vbi aliq̄s carceraret iniuste iudex q̄ iniuste
fecit eu detineri tenet ei ad interese / iuxta
doctrina. glo. 7. bal. in. l. ij. §. si. ff. si q̄s cauti
Quis aut̄ p̄uidebit carceratis: 7 circa cri-
men heresis dicas qd̄ episcopus 7 inq̄sitor
debet ordinare vnde eis p̄uideat vt pro-
bat tex. i dicta cle. §. porro. in alijs vero glo.
in. c. diffiniuit. xvij. q. iij. tenet / qd̄ custos
carceris p̄uidebit carcerat̄. sed nō intelli-
gas qd̄ habeat p̄uidere de suo / sed de ele-
mosinis destinatis ad vsum pauperū. hoc
poterit facere. vt. l. iudices. l. de epi. audi.
vbi aut̄ ista cessaret cōsuetudo habet qd̄ is
ad cui⁹ petitionē fuit carcerat⁹ p̄uideat
carcerato. postea aut̄ carceratus satisfacet
eidē de p̄dictis. Sed pone qd̄ cū de mada
to p̄dictoz volūt incarcerare eosdē hereti-
cos ip̄i se defendunt. Dicas qd̄ inuadi pos-
sunt cū armis per ministros iusticie: 7 si in
illa defensione occiderent cū sit illicita nul-
lā penā incurrerēt occisores: vt probat tex.
optim⁹ in. l. si seru⁹. l. de his q̄ ad eccle. cō-
fu. nō enim permittit iuste inuaso se defen-
dere iuxta not. per bar. in. l. vt vim. ff. de ius-
sti. 7 iu. 7 per do. l. ar. in. cle. si furiosus. de
homi. An aut̄ heretic⁹ ad eccleiam cōfugies
gaudeat emunitate: ita vt de eccleia extrahi
possit 7 capi. 7 dicas qd̄ nō gaudet: pro quib
est glo. in aut̄. demanda. princi. §. neq̄ aut̄.
col. iij. facit ad idē tex. in. l. j. l. de his q̄ ad
eccle. cōfu. Et qm̄ ad hāc incarcerationē faci-
endā: necessarij sunt officiales armati bnt
inq̄sitores facultatē a iure: vt possint habe-
re officiales armatos ad hoc exequēduz se-
cūdu tex. in. cle. ij. §. si. de heres. Ex quo infer-
tur ad q̄stionē: nūquid ep̄us q̄ iurisdictionē
ordinariā habet possit habere officiales
armatos pro executione iurisdictionis sue.
Panor. mouet hāc q̄stionē. in. c. significa-
sti. de offi. dele. 7 dicit se fuisse interrogatū
de hoc a quodā ep̄o: cui refert se respōdisse
qd̄ nō. nisi haberet tēporalē iurisdictionē in
loco. ad qd̄ p̄mo inducit iura q̄ dicūt ep̄um
in executione iusticie debere implorare auxi-
liū brachij secularis: vt. c. ad ministratores
7. c. p̄ncipes. xxij. q. v. Itē alibi cauet / qd̄ sic
pro sp̄ualib⁹ debēt p̄ncipes recurrere ad ec-

clesiā. ita in tēporalib⁹ debēt p̄lati recurrere
ad principes seculares. vt. c. cū ad verū.
7. c. si imperator. xcvj. di. nec p̄miscuis acti-
bus sunt eoz officia turbāda. vt. l. cōsulta
diualia. l. de testa. Itē eccleie fuit interdi-
cta executio gladij tēporalis dicēte dño Pe-
tro. Conuerte gladiū tuū in locū suū. vt. le. 7
no. in. c. nouit de iudic. Item arma clerico-
ruz sunt lacryme 7 orationes. vt in. c. con-
uenior. xxij. q. viij. sed vide. Bal. in. l. nam
salutē. §. si. ff. de offi. p̄fec. vj. qui cōtrariū
tenet nullū aliud inducēs fundamentā ad
hoc. 7 bec opinio mihi placet. 7 eam obser-
uat cōmunis vsus. et pro hui⁹ fundameto
facit tex. in dicta cle. vbi papa cōcessit facul-
tatē inq̄sitorib⁹: vt possint armatos officia-
les habere. Ex quo innuit / qd̄ penes papaz
est potestas habēdi armatos 7 mouēdi ar-
ma in huiusmodi criminib⁹ ad ecclesiasticuz
forū spectatib⁹ alias nō potuisset eā inq̄s-
itorib⁹ cōcedere. Non ergo de necessitate ad
laicos in his est recurrēduz: vt cōtraria opi-
nio p̄supponit. Preterea fundat 7 aliter ex
eadē cle. vbi papa per cōcessionē sp̄ualē de-
dit hāc facultatē inq̄sitorib⁹: nō aut̄ ep̄is q̄
in p̄dicta inq̄sitione cū eis cōcurrūt. osten-
dēs apte qd̄ ep̄is nō erat necessario cōferen-
da: qz de iure eis licebat: alias sicut inq̄sito-
rib⁹ cōcessit: sic 7 ep̄is cōcessisset. Cōfirmat
etiā: qz ep̄us per iurisdictionē suā pōt etiā
laicos in certis criminib⁹ capere et corpo-
raliter coercere. vt est tex. cū glo. xxvj. q. v.
cōtra ydolorum. xvj. q. iij. attēdendū. 7 de
adult. c. ij. qd̄ nemo dubitat egerē ministris
armat̄. nec obstat fundamēta in cōtrariuz
inducta videlicet / qd̄ eccleia nō habeat exer-
citiū gladij materialis. Nā illud est ad in-
ferēduz alicui mortē vel mēbri mutilatio-
nē: 7 hoc casu intelligunt iura pro p̄traria
pte inducta. Sec⁹ aut̄ ad exequēduz iusti-
ciā sibi cōpetētē. vt p̄bat per p̄dicta. Simi-
liter ad illd̄ qd̄ dicit qd̄ eccleia implorat auxili-
um brachij secularis. dici pōt qd̄ inde nō cōclu-
dit̄ intētū opiniōis p̄trarie. Nā inter ip̄os
met seculares iudices idem obseruatur: qd̄
vnus implorat auxilium alterius vbi vires
ipsius nō sufficiunt ad exequēdu qd̄ sibi in-
cūbit. vt est tex. in. l. si quis in hoc gen⁹. l.
de epi. 7 cler. 7 etiā iudices seculares inuo-
cāt in subsidium auxilium ecclesie vbi per
se nō possunt suos subditos donare. vt not.

quid iudex extendat
ad expensas

an hereticus de
fendos se liceat
ocidi

an hereticus p̄uideat
in maiestate etc
sic

an ep̄us debeat ha-
bere officiales ar-
matos

Inno. in. c. licet ex suscepto. de for. compe.
et hec notabis.



Questio. xij.

Undecimo quero de ordine
procedendi contra hereticos
quo ad telam iudicariam ordi
nanda. Dicas qd licet in alijs

crimib? plenissimo iuris ordine seruato
debeat procedi. de quo vide tex. in. l. absen
te. ff. de pe. z i. le. l. de requi. re. z per glo.
iij. q. ix. in summa. z per Bar. in dicta. l. ab
sentē. z per Sali. l. absentē. l. de accu. vbi
plene. z per docto. in capitulo veritatis de
do. z cōtu. Tñ in hoc crimine heresis est spi
rituale: qz procedi potest super eo simplici
ter z de plano sine strepitu z figura iudicij
vt in. c. si. in prin. eo. ti. li. vj. Ex quo inferit

qz in accusatiōe nō erit necessaria solēntas
requisita per. l. libelloz. ff. de accusa. z in. l.
in causis. l. eo. pro quo ex tex. i cle. sepe de
verb. signi. Inferit etiā qz cōclusio in causa
nō est necessaria p glo. ibi. imo quōcumqz

re? se defendere voluerit admitte? . Ad qd
faciūt not. per Bar. in extraua. ad reprime
dam. in versi. sequētia. z vbi is cōtra quem
in hoc delicto procedit cōtumaciter se ab
sentat. prouisum est de remedio / vt debeat
excommunicari. z si per annū in excōicatiōe
persistat: velut heretic? est puniēdus. de be
re. cū cōtumacia. li. vj. ¶ Sed pone qz se
cundū veritatē iste nō est heretic?: nūquid
huiusmodi pena a iure in eum inflicta pro
pter cōtumaciā teneat? z dicēdum est qz sic
qz cōtumax fuit scdm rei veritatem: venire
eniz tenebat ad iudicē. vt. l. si qz ex aliena
ff. de iudi. ff. de iurisd. om. iudi. l. ij. vbi hoc
tenet bal. Sed bar. in dicta. l. absen. dicit /

qz istis casib? qbus procedit cōtra absentē
z habet pro cōfesso propter cōtumaciā si
postea p̄staret iudici de innocētia cōtuma
cis: vt si videret viuū homine quez absens
dicit occidisse: nō poterit ad punitiōē cri
minis procedere. Nam ex vera cōfessiōe ta
lem nō cōdemnaret. ff. ad. l. acquil. inde ne
raci? . S. si. cū. l. se. quāto magis ex ficta / hoc
tamē in crimine heresis nō pōt practicari:
qz cū sit crimē qd in mente intrinsec? latet:
nō posset in aperto liquere iudici de alicu
ius innocētia ergo illud: vt mibi videf. pō
dera tñ tex. cū glo. in dicto. c. cū cōtumacia
loq̄tur enim q̄ndo citatio fuit decreta con

tra illū q̄ suspect? erat in fide. Nam tūc ad
p̄mā suspiciōē addit̄ alia ex cōtumacia. z
sic p̄mā simplex presumptio trāsit in violen
tam: vt innuit ille tex. Secus ergo vbi cita
tio emanaret cōtra nō suspectū. Itē ponde
ra in alio: nā loq̄tur de eo q̄ animo p̄tinaci
perduraret per annū in excōmunicatione.
secus ergo si nō dare? pertinacia: vtpote qz
aliquo impedimēto pretermisit cōtumaciā
p̄dictā purgare: vbi tñ per hūc modū puniē
di cōtumaciā nō procederet possent recipi
testes cōtra absentē legitime citatus z ad
diffinitiuam procedi cōstito de crimine ex
quo lit. cōtesta. nō requiritur vt p̄diximus.

Questio. xij.



Undecimo tertio quero / de pro
batiōe fīda in crimine here
sis. Ad quod dicas qz fieri po
test per diuersas species pro

bationis. pōt enim probari per cōfessionez
propriā: cū illa inter omnes probatiōis spe
cies obtineat p̄ncipatū. Et ad eruēdū illaz
poterit procedi ad torturā eius qui de hoc
crimine impetit. Requiritur tñ qz p̄cedat iu
dicia: alias nō est quis torture subijciēdus
vt. l. de minore. s. tormēta. ff. de q̄sti. z. c. cū
in p̄templatiōe. de reg. iur. etiā si de grauif
simo crimine agat. l. ad le. iul. male. l. iij.
alia tñ sunt iudicia ex quib? iudex pōt iudi
care diffinitiuē in causa. vt in. l. iudicia. l.
de re. vēdi. z etiā in criminali. l. de proba.
l. sciāt cūcti: z ista dñt esse ita vehemētia qd
sint idubitata. vbi aut essent dubitata suffi
ceret ad torturā. ita tenet Jo. an. i addi. ad
spe. ti. de p̄ba. i fi. z in ti. de noto. cri. Que
aut sint illa: multi multa dixerūt. s. cōclusio
nā est qd de hoc nō pōt dari certa doctrina
s. relinq̄tur arbitrio iudicis. l. iij. s. eiusdē q̄
qz. ff. de testi. hoc tenet bar. in. l. si. ff. de q̄sti.
vbi ad instruēdū iudicē ex qbus animū su
um debeat mouere ponit certa exēpla. sub
iūgens eiusdē iudicis arbitrio cōmitti an
plura iudicia req̄rant: aut vnū tantū suffi
ciat. Adde tñ qd eo magis debet augeri tor
tura quo maior suspicio est cōtra delinquē
tem. vt not. bal. in vfi. seu. ti. de cōtrouer. in
uesti. c. j. s. item si vasallus. Qualis autem
probatio sufficiat sup his iudicijs ad subij
ciēdum quē torture dicit requiri duos te
stes vbi illi deponunt de indicio tñ / iuxta
glo. l. si. l. famili. her. vbi tñ sup d̄icto vn?

in accusatio
ne est ne
cessaria so
lētitas
nec cōclusio

tantū sufficeret ad torturā vt voluit glo. in dicta. l. iij. *Et ad le. iul. ma. Et addit Bar.* vbi sup / qd ex eo qd dari debet defensionis copia parti anteq̄ subijciat torture: nō sufficerēt testes q̄ in generali inq̄sitiōe fuerunt examinati cōtra reū: qz nō fuerūt examinati ip̄o citato z existēte cōtradictore. *Cōsidera insup / qd etiā vbi alia indicia extrinseca nō precedūt ex eo qd reus facit corā iudice: puta loquēdo trepide / pauedo / z variando pōt habere indicia sufficiētia ad torturam: scdm Bar. in dicto. §. tormēta. Et inter cetera tormēta: solēt inq̄sitores prefati criminis indicere ieiunia ad veritatē eruēdam: q̄ etiā q̄stiones noīe intelligunt. qd etiā patet per etimologiā. Nā tormētū dicit q̄si torquēs mētē. nemini tñ dubiū / qd per ieiuniū asperū torqueat q̄s. pro quo est glo. in dicta cle. j. de here. versū. tormentis. In hac tñ cōfessione per tormēta extorta requiritur p̄seuerantia. in. l. j. §. diuus. ff. de q̄stio. oportet enī scdm Bar. ibi / vt ille q̄ fuit cōfessus in tormētis reducat in loco publico iudicij z ibi corā testib⁹ z notario cōfiteat / seu ratificet confessionē primā: z ita obseruat de cōsuetudine. z qm̄ in supponēdo reū torture de grauissimo p̄iudicio agit / obseruat cōmunis cōsuetudo / qd p̄us debeat solēnis aduocatorū disputatio corā iudice fieri super hoc: an sit torquēdus / vbi aduocat⁹ rei debeat admitti. vt pro eo allegat. vt. l. si postulauerit. §. q̄stioni. de adulte. z per glo. l. legis virt⁹. ff. de legi. sed ibi q̄stioni z examinationi nō debēt interesse. ita tenet glo. in aut. de testi. §. qz vero. in glo. super versū. aduocatoz. z glo. videt̄ idēz velle in. l. ij. circa prin. *Et de iura. ca. ita determinat. Bar. in l. custodias. ff. de publi. iudi. z in dicta. l. legis virt⁹. z propter grauitates p̄iudicij est inductū. qd in heresi / nec inq̄sitor sine ordinatione: nec ordinari⁹ sine inq̄sitore procedat / ad faciēdum reū torqueri: sed ambo simul. vt est tex. in dicta cle. j. §. j. Potest etiā fieri probatio per testes. Sed dubitat: quot testes debeāt interuenire. Quidā dixerunt ad effectū cōdēnationis / nō sufficere duos testes. pro quo allegat. c. excōmunicam⁹. §. addicim⁹ de here. z hoc no. host. in summa eo. ti. §. q̄liter. vbi subiūgit: qd iniquū videbat. qd de tanto crimine / damnaret ex dicto duoz testiu. sed in cōtrariū facit. c. vt officii**

um. §. verum. eo. ti. li. vj. Jo. de ligna. in dicta cle. j. in fi. dicit nō esse dubiū / qd per vnū testē z famā / q̄s nō pōt damnari de tāto crimine. vt no. de testi. tam litteris. z idē tenet *Math. eo. ti. cle. ij. allegat not. per glo. de testi. veniēs. z similiter nec ex p̄sumptione. de presump. litteras. tamē vt def. qd per duos testes possit dānari. ad hoc qd not. Inn. de simo. sicut. vbi dicit / qd licet in alijs criminib⁹ requirant̄ p̄bationes / luce meridiana clarioris. tamē in crimine heresis sufficiūt minores. *Et de here. l. ij. z scdm eum leuia signa sufficiūt ad cōuincēdū quē de heresi. de p̄sump. litteras. Sed hoc dictū Inno. debet intelligi scdm not. in dicta. l. ij. z sic trāsit Jo. de ymo. in dicta cle. j. Idem tenet do. *Et ar. ibi propter regulā generales q̄ habet qd sufficiat duo testes ad probāduz crimē: nisi vbi cōtrariū reperit. vt in. c. licet vniuersis. z. c. i omni negocio de testi. Idē tenet Jo. an. z do. c. vt officiu. §. verū de here. li. vj. z hec opinio mihi videt̄ vera. pro qua etiā facit glo. not. in simili. ij. q. iij. p̄sul. nec obstat tex. in dicto. §. addicim⁹: qz nō requiritur ille numerus testiu / ad cōuincēdū vnū hereticū: sed ad cōuincēduz plures. z inde est / qd ille tex. remittit hoc arbitrio iudicis: vt si videat expedire pro multitudine hereticoz / nedū tres / sed etiam plures / z adhuc totā viciniaz possit ad testificādum cogere. Est tñ speciale in hoc crimine: quod testes q̄ alias a iure repellunt̄ admittunt̄ in hoc casu in fidei fauore. vtpote iudei. vt. c. contra xp̄ianos. de here. li. vj. idē dicerē de alijs infidelib⁹: qz illi solū repelluntur a testimonio p̄tra fideles. c. pagani. ij. q. vij. z. c. iudei: z licet vniuersis de testi. de quoz numero isti heretici nō existūt. Itē qz nō apparet ratio specialitatis in iudeis. vt illi magis admittant̄ / cuz sint pessimi infideles. vt. j. q. j. nōne. de quo superi⁹ dictū est. Admittunt̄ etiā excōicati z participes z socij criminis in testimoniu: p̄sertim in defectū alioz testiu. z sic heretic⁹ cōtra hereticuz admittit. vt dicit tex. in. c. in fidei fauorez. de here. li. vj. z per illū tex. dicit Panoz. in. c. litteras. de presump. etiā fratrem esse cogendū contra fratrem sup̄ predicto crimine ferre testimoniu. Admitterē etiā domesticos z familiares eoz: qm̄ cū istud crimē secretū sit: melius z apti⁹ per familiares q̄ palios p̄bati***

poterit. vt. l. consensu. l. de repu. quimimo
etiā serui cōtra dños / cū tormētis admittē
tēdi foret: qz admittunt in crimine lese ma
iestatis. l. ad le. iul. ma. l. si. ergo a fortiori
in crimine heresis: cū longe graui⁹ sit eter
nam q̄ tēporalē ledere maiestātē: ⁊ hāc ar
gumētationē facit tex. in simili in. c. vergen
tis. de here. Ad idē tex. cū glo. xij. q. ij. q̄stio
nē. periuri etiā admittunt dūmodo contra
se ⁊ cōtra alios in hoc crimine attestent: dū
tamē ex manifestis apparuerit indicijs: ta
les non animi leuitate / aut odij fomite seu
corruptiōe pecunie: sed zelo fidei orthodo
xe velle deponere: aut dictū suū qd̄ ante in
forma testimonij deposuerāt emēdare ⁊ cor
rigere: ac q̄ pri⁹ tacuerūt reuelare: ⁊ hoc in
fauorē fidei specialiter cōcedit. vt. c. accusa
tus. §. licet de here. li. vj. ex q̄bus limitabis
tex. in. c. preterea. de testi. cogen. quatenus
de corrigēdo dictū testis loquitur: ⁊ not. per
Bar. in lege eos. ff. de fal. Aduerte tñ iuxta
hoc / q̄ cū isti inabiles admittuntur: ita dō
mū eoz dictis fides adhibet: si ex verisimi
lib⁹ cōiecturis ⁊ ex numero testiu⁹ ⁊ ex q̄lita
te tam deponētū / q̄ eoz cōtra quos depo
nitur: ac illis circūstatijs sic testificātes nō
falsa dicere p̄sumat: vt in dicto. c. in fidei fa
uorē. cōspiratores tñ ⁊ inimici nō admittē
tur sicut / nec in alijs exceptis criminib⁹: pro
quo optim⁹ tex. de simo. per tuas. lo. j. ⁊ no
hoc: qz valet gñaliter ad oēs casus in quib⁹
min⁹ ydonei testes admittunt. Quid autē
cōsiderare debeat in alijs exceptis crimini
b⁹ / circa testes criminosos / vt admittan
tur. vide glo. j. q. j. si q̄s ep̄s. ⁊ ij. q. j. deus om
nipotēs. ⁊ per docto. in dicto. c. per tuas.
de simo. Intellige tñ p̄dictos inabiles testes
in hoc crimine admittēdos fore cōtra here
ticos credētes fautores ⁊ receptores ⁊ de
fensores eoz: nō tñ sic esset / si pro eoz parte
inducerent ad hoc / q̄ de hoc crimine se pur
garēt. eo enim casu req̄rent testes oīno inte
gri sine aliq̄ suspiciōe ⁊ catholici fidei zela
tores. eo. ti. c. filij. in fi. An aut̄ buiusmodi
suspecti testes cū examinant / sint tormētis
subijcēdi. vide glo. v. q. vj. in sum. q̄ dicit q̄
sic. si est seru⁹ vel vilis persona: vel si sit liber
⁊ sit criminosus ⁊ infamis / vel obscurus / vl
ignor⁹: tales enim sine tormētis nō admit
tunt: torquet etiā quelibet libera p̄sona: li
cet nō sit vilis: dū tñ vacillet in testimonio

de materia tñ. vide Bar. in. l. ex libero. ff. de
q̄sti. Sed q̄ro iuxta p̄dicta: an id qd̄ dictus
est de min⁹ ydoneis testib⁹ admittēdis in
crimine heresis / habeat tñ locū q̄ndo proce
dit per viā inq̄sitiōis / aut etiā idē sit cū pro
cedit per viā accusatiōis vel exceptiōis. Et
videt q̄ sic / qz eadē est ratio: scilicet fidei fa
uor ⁊ odiū criminis. ergo idē ius de rescri.
inter ceteras cū sumi. Cōtrarium tñ p̄clu
dit glo. in dicto. c. in fidei. qz ab illo iure re
gulari quo cauet tales p̄sonas ad testimo
niū admitti nō debere nō est recedēduz: ni
si in q̄ntū reperiat a iure permissus. Qui er
go accusat vel excipit habeat probationes
ydoneas: nec est accusatio fauorabilis / vt
inq̄sitiō ad hoc. ij. q. vj. si q̄s ep̄us. ⁊ verbuz
itud inq̄sitiōis debet aliqd̄ operari / alias
q̄re fuisset expressus. de deci. ad audiētā cū
concor. ⁊ sic trāsit p̄dicta glo. Sed cōtrariū
tenet Arch. in dicto. c. in fidei. ⁊ allat. ij. q.
vj. c. heretic⁹. Sed Jo. an. tenet glo. in no
uel. ⁊ ad. c. si heretic⁹. respōdet q̄ non tenet
vt ibi dicit glo. ⁊ hoc idē p̄bat tex. in dicto
c. in fidei. qz si ille tex. teneret / nō esset neces
saria dicta decre. ⁊ sic trāsit ibi. Domi. sim
pliciter recitādo p̄dictos docto. Ego tñ po
tū tenerē opi. Archi. pro quo facit: qz eadē
ratio est vtrobicq̄. scz fauor fidei. ex qua ra
tiōe etiā in penalib⁹ / attento q̄ expressa est
in lege: argui pōt ad similia. vt ex tex. insti.
de legi. patro. suce. in prin. ⁊ glo. in de. j. de
elec. ⁊ c. j. de tempo. ordi. li. vj. Preterea di
spositio p̄dicta nō est odiosa: imo fauorabi
lis: cū nō in odiū hereticoz p̄ncipaliter: s; in
fauorē fidei sit inducta. vt tex. ibi innuit
in prin. Unde illud est cōsiderādum ⁊ non
odiū hereticoz qd̄ venit in cōsequētiam iu
xta glo. c. sciāt cūcti de elect. li. vj. ⁊ l. qui ex
ceptionē. ff. de cōdi. inde. Nec est simile de
accusatiōe in alijs criminib⁹ intērata ⁊ de
accusatiōe facta in crimine heresis. Nam si
in alijs criminib⁹ accusatio dicat̄ genus il
laudabilis intētiōis iuxta moderationem
p̄dictā: nō tñ sic est in crimine heresis: vt in
superiorib⁹ diximus. Possēt etiā dici / q̄ ille
tex. nō se restringit ad processum inq̄sitiōis
qz nō dicit cū procedit per viā inq̄sitiōis: s; dicit
in fidei fauorē concedim⁹: vt in nego
cio inq̄sitiōis heretice prauitatis: ⁊ loquitur
papa inq̄sitorib⁹: vt patet in sup̄scriptio
ne: de q̄b⁹ certū est q̄ licet p̄ viā accusatiōis

magis fauor attēdit

possunt procedere appellatur tñ inq̄sitores
z eodē modo ex eoz noie appellat̄ negociū
inq̄sitiōis/ licet per viā accusatiōis/ vel ex-
ceptiōis cognoscāt: z per hoc fundata ma-
net satis ista pars/ z respōsus restat ad mo-
tū cōtraria, z q̄ in tāto crimine cū multa
oportet cautela procedi in examinatiōe tes-
tiū/ quos recipi super crimine p̄dicto cōtri-
gerit debēt adhiberi due religiose z discre-
te persone: in quarū p̄sentia per publicā si
pōt haberi personam: aut per duos viros
ydoneos fideliter eozūdem testiū depositio-
nes cōscribant̄. per tex. in. c. vt officiū. §. ve-
rū de here. li. vi. z pōdera illū tex. q̄ requirit
interuētus p̄dictaz p̄sonaz nedū in exami-
ne testiū: sed etiā in describēdo eoz depositi-
ōes. z p̄dicta practica examinadi testes/
potest z iuste debet obseruari i oib⁹ arduis
causis: vt sine omni suspitiōe res procedat.
ita tenet p̄danor. de elec. q̄ propter. z. c. cū
causam de testi. z quo libertoz sit facultas
in his procedēdi dat̄ facultas a iure religio-
sis: qui ante cū essent in seculo erāt notarij
ac etiā clericis / q̄ ante clericat⁹ ordinē no-
tariat⁹ officio fungebant̄: vt in hac exami-
natiōe z in alijs huic officio incumbētib⁹:
officiū p̄dictū notariat⁹ exerceant. vt dicto
capitulo. vt officiū. §. ad cōscribēdas. p̄ro-
bat̄ etiā hoc crimē per instrumēta vt pote: n̄
apud aliquē reperiant̄ libri improbate le-
ctionis: secūduz Archi. z Jo. an. in dicto. c.
filij. Sed ego crederē vltra hoc req̄ri alias
cōiecturas ex q̄bus iudex informet animū
suū. poterat enim esse qd̄ erāt in domo sua
nesciēte: aut qd̄ habebat illos libros vt de-
prehēderet errores hereticoz: nō ad illos se-
quēdū z imitādū: sed poti⁹ ad cōfundēduz
z impugnādum: iuxta tex. in. c. q̄ de mēsa.
z in. §. sed cōtra. xxxvij. di. An autē alias de-
lictū probari possit per instrumētus: remit-
to ad glo. c. cū in ecclijs de maio. z obedi. z
c. cū i positiōib⁹ de iureiurā. li. vi. z per Jo.
an. in regula semel malus de regul iur. li. vi
in mercu. z per Bar. l. in senatus. ff. ad tur-
pill. z per Bal. in. l. cōtra negātes. l. ad leg.
acqui. z Sali. i. l. fi. l. de p̄ba. p̄robati eti-
am pōt crimē heresis per p̄sumptiōes: sed
propter grauitatē p̄iudicij req̄rent̄ euidē-
tissime coniecture. Nā etiā si quodlibet cri-
men probari queat per iudicia. vt i dicta. l.
fi. l. de proba. z late per Jo. an. in. addi.

ad specu. ti. de probati. circa finē. Sed quo
magis crimē est graue/ maiores p̄sumptio-
nes z euidētiora iudicia requirunt̄. sic pro-
bat̄ tex. not. cū glo. in dicto. c. lras. de pre-
sump. z ibi tenet p̄danor. q̄ndo tñ ex p̄sum-
ptiōibus iudicat̄ tēperare debet iudex pe-
nam aliq̄ntulus. vt not. Inno de presump.
quia veresimile.

Questio. xiiij.

Quāto quarto quero/ de pu-
blicatiōe testiū fienda in hoc
crimine. Ad qd̄ dicas qd̄ fieri
debet sicut et in alijs causis/
vt reus habeat facultatē se defendēdi. Si
tñ propter potētiam personaz cōtra quos
deponit graue periculū imminere sperare
tur ex publicatiōe nominū p̄dictoz: tūc nō
publice: sed secreto corā diocesano vel ipso
absente/ corā ei⁹ vicario vbi inq̄sitores pro-
cedūt: q̄ndo vero procedit ep̄us corā inq̄s-
itorib⁹. z vtroq̄ casu corā alijs p̄sonis prou-
dis z honestis iurib⁹ peritis: huiusmodi
publicatio est fienda. vt efficacit⁹ huiusmodi
periculis occurrat: ep̄us vel inq̄sitores pre-
fati poterūt sup̄ his secretum indicere illis
q̄bus hāc publicationē faciēt. z in eos si ar-
chano cōsili/ seu processus patefcerint ex-
cōicationis sententiā quā ex secreti violatio-
ne ip̄o facto incurrāt/ poterūt promulgare.
pro quo est tex. i. c. fi. §. pe. de here. li. vi. Sz
occurrit dubitatio: an vbi simile periculū
occurreret etiā in alijs criminib⁹ possit hui-
usmodi publicatio omitti. z do. Anton⁹
in. c. p̄terea. de ip̄on. lo. ij. tenet / qd̄ in mate-
ria pcti esset dūtaxat hoc admittēdum. pro
quo inducit tex. ibi. sed p̄danor. ibi dicit qd̄
pro z cōtra facit tex. in dicto. c. si. cōtra facit
inducēdo p̄ locū a speciali. pro quo facit/ in-
ducendo ḡnāliter. sed ip̄e stat primo dicto.
Ego tñ tenerē / qd̄ cū dispositio illi⁹ capli sit
exorbitās a iure: exceptio a cōmuni regula
iuris nō habebit locū: nisi in illo casu exp̄s-
so: z vbi similis casus occurreret. qd̄ vix pos-
set cōtingere: attēta grauitate hui⁹ delicti.
Nā casus excepti a cōmunib⁹ iuris regulis
nō extēdunt̄: nisi vbi est per oia eadē ratio.
vt tenet glo. in. l. j. l. de cōdi. inde. z in. l. il-
lud. l. de sacrosan. ecc. z tex. c. cuz delicta.
de cōfir. vti. vel inuti. nec dictum do. Anto.
placet indistincte: qm̄ ille tex. c. p̄terea. lo-
quit̄. q̄ndo agit̄ de modico p̄iudicio vt pote

De sponsalibus de futuro. Immo fundatur
contrariū ex eo in quantū probat q̄ si spōsa
lia essent iurata: illud nō foret admittēdū.

Questio. xv.

Quinto quinto q̄ro de senten-
tia ferēda in crimine heresis:
et de pena huius delicti. Quid
antē q̄ debet obseruari est. q̄
ante q̄ sentētia ferat: inq̄sitores p̄fati et ep̄s
faciāt secū cōuenire viros sapiētes et doctos
deum timētes: cū quoz cōsilio p̄cedere ha-
bēt ad sentētia ferēda. vt. c. vt cōmissi de be-
re. li. vj. et si videat eos iudicādos fore here-
ticos: tūc eis citat̄ debet snia declaratoria
ferri cōtra eos: per quā declarent heretici et
seculari curie tradēdi. ac bona eoz occupā-
da fore per eos ad q̄s spectāt. vt. c. cū secun-
dum leges. eo. ti. et li. quia idem seruat̄ vbi-
cūq; pena ipso iure imponit̄ vt not. glo. c.
cōmissa. de elect. eo. li. et per Jo. an. et domi.
c. pro humani de homi. eo. l. Pena autē he-
reticorū est: q̄ sunt excōmunicati ipso iure.
et postq̄ per iudicē ecclesiasticū fuerint de
hoc crimine dānati: tradī debēt iudici secu-
lari/ animaduersione debita puniēdi. cleri-
cis a suis ordinib; degradatis. bona autē
hereticorū si fuerint clerici: applicant̄ eccle-
sijs in quibus fuerāt beneficiati. Si vero lai-
ci extiterint: fisco seculari. in. c. excōmunicam.
lo. j. de here. in prin. et de hoc ultimo est tex.
eo. ti. libro. vj. Hodie tñ bona hereticorū in
tres partes diuidunt̄. quarū vna assignat̄
dño tēporali: alia officialib; inq̄sitiōis: ter-
tia vero ipsi officio. vt in extraua. Elemen.
sed illa tātum loquit̄ de inq̄sitorib; italie:
et sic ad alias puincias nō extendere. iuxta
no. per Inno. et Jo. an. in simili in. c. j. de lo-
ca. Lex etiā Frederici imperatoris q̄ est ter-
tia et incipit patarenorum. diffidat et banit
hereticos credētes fautores et receptatores
eorum ac perpetue infamie eos subijciat. et
iste leges Frederici sunt approbate. c. vt in
quisitiōis. in prin. de here. li. vj. Sed iuxta
premissa quero: qua pena debēt puniri per
iudices seculares quoz potestati relinquū-
tur. glo. tangit̄ q̄stionem in. c. excōmunica-
mus. lo. ij. eo. ti. et dicit q̄ pena vltimi sup-
plicij. hosti. et Jo. an. in. c. ad abolēdam eo-
dē titulo. tenet q̄ pena ignis. debent ergo
cremari secundum euāgelij Joānis. xv. c.
Si quis in me nō manserit: mittef foras si-

cut palmes et arefcet: et colligent eum et in
ignē mittēt et ardet. Et ius ciuile punit he-
reticū pena mortis. vt. l. arriani. l. de here-
ti. iuncta. l. vltimū supplicij. ff. de penis. et
sic trāsit recitādo predictos doctores. Pa-
noz. in dicto. c. ad abolēdam. idem tenet in
capitulo excōmunicamus. lo. ij. eodē titu-
lo. sed ista fundamēta nō probant. Nam il-
la auctoritas euangelij nō intelligit̄ de he-
reticis tantū: sed etiā de his qui recedūt a
deo per defectū charitatis / nec loquit̄ de
igne materiali: sed de igni infernali. leges
etiā ciuiles superius inducte loquūt̄ de
pena mortis: nō tamen per ignem infligen-
da. quod vbi iura volunt exprimunt tanq̄
seuerrimam et atrocem penam. vt patet in
multis casibus / quos enumerat Sali. in. l.
vnica. l. de vill. age. non rūpen. inter quos
non enumerat istum. vnde crederem ignes
ipsis dari potius ex consuetudine que est
optima legum interpret̄: quam ex aliqua
expressa iuris dispositione. Gasalli autem
et alij quicūq; eis tenebantur astricti de-
bito fidelitatis / vel hominij / aut alicuius
obsequij: ipso iure ab omni huiusmodi obli-
gatione sunt liberi. vt est textus de hereti.
capitulo finali. Quo ad penam autem con-
fiscationis bonoz quero de questione no.
supposito / q̄ bona hereticorum confiscata
debēt diuidi in tres partes vt dictū est. po-
ne q̄ habēs immobilia Ferrarie per inq̄-
sitorē Florentinū sit Florentie legitime
cōdemnat̄ de heresi: ad quos illa bona per-
tineant. Jo. cal. disputauit istam questionē
et arguit p̄mo q̄ illa bona / licet sint sita fer-
rarie pertineāt ad officiales et cōmune flo-
rentie postq̄ ibi fuit de heresi cōdemnat̄: nā
bona veniūt accessorie et in cōsequentiā ad
p̄sonā q̄ cōdenata est florentie. ar. regle acces-
soriū. de reg. iu. li. vj. et c. de prudētia. de do-
na. inter vir. et vxor. ff. de aur. et argen. lega.
cū aurū. in si. faciūt ad idē no. per glo in. c.
qd ad te. de cler. cōiu. et l. de exact. tribu. l.
si. li. x. vbi in publicādis bonis attēdit̄ locū
p̄sone q̄ deliqt. Scdo sic dicit lex: vbi q̄s in
iusticiā fecerit ibi penas subeat delictoz vt
non alius tale quicūq; agere presumat: ad
exemplum respiciēs. vt in auct. vt iudi. sine
quoq; suffra. s. si quis autē. col. ij. et canon
dicit: ibi vindicetur iniuria vbi plectibilis
est orta presumptio. xxij. questi. iij. si illi

Item officiales florentini laborauerunt in procedendo et cōdenando hereticū: ergo bona videntur eis debita ratione laboris: et officialibus Ferrariensis dicendum est qui nō laborat nō māducat. de cens. procuraciones: et not. ff. de dam. infect. . q̄uis. Tertio ratione persone fortis quis forū etiam super rebus alibi sitis. c. sane. de foro compe. l. vbi in rem actio. l. vlti. et ibi not. Quarto pro hoc facit. c. cum secundum leges. de here. li. vi. debet enim intelligi ille textus de domino temporalis illius loci cuius erat ep̄us qui tulit sententiam. ad hoc optime lege Liciū. §. tutores. ff. de adm. tu. In contrarium videtur quod ad officiales officij inquisitionis ferrarie: et cōmune illius ciuitatis pertineant bona ibi sita: licet alibi sit facta cōdenatio. Primo quia dispositio super rebus cōcepta debet referri ad superiorē loci vbi res sita est: vbi cūq̄ fuerit dominus dicte rei patet hoc in iurisdictione vt dictū. c. sane. et c. ex parte. et c. si. eo. ti. idē in suppletione negligētie. r. q. ij. caselas. et cle. quia regulares. de sup. negli. prelat. Item cum bona hereticorum sint confiscata vt predictū est: et occupatio sit fienda per procuratorē in prouincia deputatū vbi sunt illa bona. l. de boni. vacā. l. si q̄ndo. li. r. ergo ad florentinos predictos pertinere nō poterunt. ad idē facit. c. postulasti. de for. compe. et l. cū vnus. ff. de bo. auct. iudi. possi. et c. romana. §. cōtrahētes. de for. compe. li. vi. et de here. vt officiu. et c. per hoc. eo. li. et pro ista secūda parte cōcludit. et hāc firmat per iura pro hac parte inducta: et ne deest confusio iurisdictionū. De tertio vero parte inquisitorum dicitur quod debeant illis de florentia ratione laboris quē sustinuerunt: et cū bis se expedit de ista questione. Petrus de ancho. in repeti. c. accessorium. de regu. iur. li. vi. et ista conclusio mihi placet: cū iura quę de confiscatione predicta loquuntur ad bona referantur et in rem sint concepta. ad quod facit doctrina Bar. in. l. cūctos populos. l. de sum. tri. An autē in hac confiscatione veniant bona quę hereticus tenebat in feudis vel emphyteosim ab alijs vide late per specu. ti. de feu. §. j. vers. xl. et per bar. in. l. si finita. §. de vectigalibus. ff. de dam. infect. et per Regi. de bella. deci. ccc. lxxv. Quid autē si vir sit hereticus: an propter hoc dos vxoris sit confiscata. Dicis quod nō: nisi vxor sciēs a principio eū esse talem

ipsus in maritū acceperit. vt. c. decreuit. de here. li. vi. ex quo habes vnū casum in quo dos confiscat. An autē propter vxoris heresim confiscet dos. videtur quod non per. l. quinq̄ legibus. ff. de bo. dam. q̄ iste casus nō est de illis. Sed ego dicere cōtrariū. Nam ex quo in crimine lese maiestatis illud habet locum vt ibi ergo a fortiori in crimine heresis: sic arguit textus de here. vergētis. vbi tñ vir vel vxor in heresim laboratur: qui fidelis eorū manet: posset propria auctoritate ab alio recedere. Si tñ ille heresim abiuraret: cogere tur ad eū redire: quod intellige si sine iudicio ecclesie ab eo recesserat. secus si iudicio ecclesie. Sit tñ ista separatio quo ad cohabitatiōem: nō quo ad vinculiū. probatur hoc in cap. de illa. de diuor. et eo casu quo fidelis recederet. totā dotē aut donationē propter nuptias recuperare deberet. de dona. inter virū et vxor. c. j. et consultū est coniugi catholico ab heretico separari: ne seducatur ab eo et in errorem labatur. et propterea dñs precepit Deutero. vij. dicens. Filia tuā nō dabis filio ei: neq̄ filiam illi accipies filio tuo. q̄ seducet filiū tuū: ne sequatur me: et vt magis seruiat dijs alienis. Irasceturq̄ furor dñi et delebit te cito. Si autē nō cōvincantur de heresi sufficienter hi cōtra quos procedit: sed alias de hoc crimine inueniant suspecti. tūc iuxta cōsiderationē suspicionis qualitatisq̄ persone debet canonice se purgare. quod si renuerint: excoicandi sunt vsq̄ ad satisfactionē cōdignā. et si per annū in excoicatione persistuerint: iunt velut heretici cōdenandi. vt in dicto. c. excoicam. lo. j. in. §. j. vbi vero iusci peret purgationē et in ea deficeret: tanq̄ de crimine cōuictus haberi debet: quod in omni crimine est generale. vt. c. inter sollicitudines. de purg. cano. et c. tua. de coha. cleri. et mulie. Est et alius modus procedendi cōtra suspectos predictos: vt iuxta quantitatem suspicionis: et alijs debitis circumstantijs consideratis: discreta penitentia eis iniungatur atq̄ preter iuratoriā cautionem: ab ipsis sufficiens exigatur securitas. scilicet: de certa pena soluenda si penitentiam non impleuerit: vt saltem pene temporalis timore debeant coerceri. pro quo est textus. capitulo. litteras. de presumptio. in fine. Et vbi ipsi in vita non impleuerint hanc penitentiam iniunctam: compellendi sunt

eorum hereses eam ad implere per tex. in. c. par-
 rochiano de sepul. et capitulo. in litteris. de
 rap. et c. a nobis. lo. ij. de lenten. excōica. Se-
 cus autē si penitētia nō iniuncta illi decessi-
 sset. vt. c. accusat. §. porro. de here. li. vj. Et
 vbi predictus suspectus obligasset bona sua
 pro huiusmodi penitētia iam iniuncta ad-
 implēda: trāsirent bona huiusmodi in quē-
 cunq; etiā particularē successorē dictorum
 bonorum cum predicto onere. vt probat idem
 tex. §. si vero. qui tex. satis aperte terminat
 illā difficultatē. an pro delicto bona delin-
 quētis sint tacite obligata fisco: de qua per
 glo. in. l. rescriptū. ff. de pactis. et in. l. aufer-
 tur. §. fiscus. ff. de iur. fisci. et per Bar. vtrubi-
 q; et etiā per eū in lege. post cōtractus. ff. de
 donat. et per illū textū dicti. c. accusat. §. si
 vero videt fundari/ qd non inducat illa taci-
 ta ypotheca scdm Petrū de ancho. ibi. sed
 ego dicerē/ qd ille textus nō facit ad propo-
 situm. loquit enim de penitētia iniuncta su-
 spectis de heresi: nō autē de bonorum confisca-
 tione q̄ sit ipso iure cōtra cōuictos de heresi
 hoc tamē indubie probat ille textus/ qd pro
 penitētia alicui iniuncta nō sunt bona illi-
 us tacite ypothecata: cum ibi expressa fue-
 rit facta bonorum ypotheca. Quo ad questio-
 nem autē pncipalē Bar. in dicta lege rescri-
 ptū tenet. qd sint tacite ypothecata fisco: sed
 nō tali ypotheca q̄ faciat proferri creditori-
 bus ipsum fiscū: sed in dicta lege auferri. §.
 fiscus. et in dicta lege post cōtractū. indistin-
 cte tenuit tacitā ypothecā illo casu cessare:
 sed qd de hoc principaliter hic nō agitur: re-
 mitto ad not. plene per Bal. in dicta lege
 rescriptū. vbi videbis longā distinctionem
 q̄ euacuat istā materiā satis ad lōgum.

Questio. xvj.

Quoniam sexto quero de pena
 imponēda contra credentes
 fautores et receptores hereti-
 corū. hoc determinat per tex.
 in dicto. c. excōmunicamus. §. credentes. de
 here. vbi tex. decernit tales excōmunicatio-
 ni subiacere. et si taliter excōmunicatio-
 ne nodatus satisfacere neglexerit infra annū:
 extunc efficit infamis et excludit ab officijs
 publicis et cōsilijs: nec ad eligendos alios
 publicos officiales: nec in testē admittitur
 et efficit intestabilis actiue et passiue: et alie

multe pene cōtra tales ibidē imponunt: q̄
 causa breuitatis omittant. Predicta vero
 sunt quatenus de credētibus loquunt in his
 qui credunt hereticos fore bonos ad catho-
 licos viros et fauēt eis. Si tamē crederent
 eorum erroribus: eo casu essent heretici iudicā-
 di/ tanq̄ a fide deuiantes. vt in. c. pe. §. fina-
 li eodē titulo. Sed iuxta hoc q̄ro: ex quibus
 actibus dicat quis prestare auxiliū siue opes
 aut fauorē hereticis. Archb. et Jo. an. in. c.
 quicūq; eodē titulo. li. vj. late prosequunt
 hāc materiā. Sed tu dicas qd interdū pre-
 stat auxiliū de iure/ vtpote exercēdo officiū
 aduocatiōis siue pcuratiōis p̄ eis: ad qd fa-
 ciunt nō. per Hosti. in. c. proposuit. de cle.
 excō. ministr. et tex. in. c. si aduersus de here.
 Quādoq; nō per viā iuris sed venie siue mi-
 sericordie obrinende: et licet illud regulari-
 ter licitū sit. vt. l. si fuerit. ff. de re. du. et. l. in
 metallū. et. l. diuus. ff. de peni. tenet Bar. in
 l. in furti. §. ope. ff. de furt. In foro tamē cō-
 sciētie dicerē: qd ibi nō esset spes de correcti-
 one illud esset illicitū et videret ipēdi fauor
 delinquētis. Ad qd induco glo. xxij. q. v. re-
 os. Sz in crimine heresis gūaliter dico nō
 licere: etiā vbi spes esset de correctione. Nā
 si hoc obtinet in crimine lese maiestatis: vt
 nō liceat pro criminoso in illo crimine sup-
 plicare. vt. l. quisq; . §. ad le. iul. maie. a for-
 tiori in crimine heresis locū habere debet.
 cū lōge grauius sit eternā quā tēporalē lede-
 re maiestatem. de here. vergentis. ad qd facit
 glo. vj. q. j. si quis cū militibus. Quādoq;
 prestatur fauor alias extra iudiciū et tūc
 prosequere materiā: vt late prosequitur
 glo. in cle. j. de peni. et in. c. j. de offi: dele. et
 in. c. notum. ij. q. j. et per Inno. de homi. si-
 cut dignus. et per Bar. in dicto. §. ope. et per
 Sal. in. l. non eo minus. §. de accusa. et li-
 cet alias receptatores delinquētium si eorum
 sunt consanguinei mitius puniantur. vt in
 l. ij. ff. de recepta. Hoc tamē nō putarem in
 hoc crimine heresis locum habere: cum et
 pro delicto patris filij puniantur propter
 tanti criminis atrocitatē. vt dicta. l. quisq;
 et dictū. c. vergentis. et. c. quicūq;. §. filij. eo-
 dem titulo libro. vj. licet ipsi non delinque-
 rint: quantomagis non esset eis habenda
 misericōdia/ vbi tales flagitiosissimos recepta-
 rent: eorum delictis quodammodo per hoc cō-
 municātes. sed in hoc vltimo cogita.

Questio. xvij.



Quoniam primo quæro. An pena infligenda a iure contra hereticos possint iudices quod de heresi iudicant minuere/vel etiã ex causa augere aut mutare. Respondeo quod sic. Nam hoc generale in omnibus criminibus, ut in l. quod ergo. §. pena grauior. ff. de his quod non in fa. r. l. et si seuerior. r. l. si possidoniũ. l. ex quod cau. in fa. intro. Unde hec regula nõ reperiatur violata: in crimine heresis debet idem in eo quod in alijs iudicari. Que autem sint iuste cause minuendi penas delictorum/ ad hoc respondet glo. in dicto. §. pena grauior. dicens multas fore causas. Potest enim minui pena/ratione senectutis vel iuuentutis, ut l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de minor. vel quod si ne dolo deliquit. ff. de peni. l. si quis aliqd. §. instrumenta. r. l. absentẽ. §. finali. r. l. respiciendum. §. delinquit. eodem tit. Augeri autem possunt pene/ quando multitudo est in dicto quod multis crassantibus opus est exemplo. ff. de penis. aut facto. §. finali. Sed istud vltimum limita verũ/ vbi multitudo illa paciẽter et sine scãdalo penã sustineret. si tamen scãdalũ timere de punitione multitudinis detrãbẽdus esset propter multitudinẽ seueritati et rigori: ita tenet glo. not. in. c. comestationes. xliij. di. et in. c. latores. de cleri. excõ. mini. At vbi multitudo vellet errorem suũ pertinaciter defendere seuerè essent puniendi/ ut voluit glo. in dicto. c. comestationes. et in. c. quoties. lo. ij. q. vij. vel si cõfidentes in multitudine vsum peccãdi sibi fecissent. ut in. c. primo de peni. di. vj. Si tamen ista cessaret et parati essent illi multi corrigi et de eorum correctione esset spes: ex misericordia mitius esset cum eis agendum. l. di. ut cõstitueretur. r. c. si. de trasac. et dicto. c. comestationes. cum multis si

Quot autem dicantur multi. vide glo. in di. c. latores. De modo autem extirpãdi viciũ a multitudine. vide tex. not. in dicto. c. comestationes. et de modo puniendi multitudinẽ delinquentẽ. vide omnino tex. in dicto. c. latores. Que autem sint cõsiderãda in agendis siue diminuendis penis: vide textũ in lege. respiciendum. r. l. aut facta. ff. de penis. et in. l. ij. ff. de termi. mo. et glo. ij. q. iij. §. notandum. Reperitur tamẽ vnũ speciale iuxta hoc in crimine heresis: quod licet sit regulate in alijs criminibus quod vbi pena venit ex causa augen-

da vel minuenda: illud debet iudex facere in sententia: nõ autem potest post sententiã: ut voluit glo. in dicto. §. pena grauior. et dicta lege si seuerior. in tantũ ut etiam si de innocẽtia cõdemnari post sententiã cõstet: id tamẽ quod sententiã est sine pncipis licẽcia/ imitari nõ potest. ut in. l. j. §. si. ff. de questi. r. l. diui. ff. de penis. tamen in hoc crimine est speciale: ut etiam post sententiã possit pena mitigari vel mutari/ cum vsum fuerit iudicibus expedire: ut est no. tex. in. c. ut cõmissi. §. nec nõ de her. li. vj. Sed illũ tex. ego intelligerẽ stricte in terminis in quibus loquitur cum exorbitet a iure cõmuni. videlicet/ quando redeuntibus ab heresi vel alias suspectis est imposita pena carceris vel alia huiusmodi. Secus autem vbi quis esset tanquam hereticus cõdenatus/ quod enim nõ mutat quere litare prohibetur. l. de testa. sancum. et de appel. l. pncipium. Cuius tamen nõ omittã quod alteratio pene que est necessaria/ nedũ potest fieri in sententiã: sed etiam post sententiã. vnde si cõdemnatus in pecunia propter crimen nõ potest soluere: iudex ex uallo poterit ad penã corporalem intermutare. et hoc obtinet in quocunq; crimine. pro hoc. ff. de in ius no. l. finali. et de iure om. iudi. l. si quis id quod. §. seruos. Cautus tamẽ faciet iudex si formet sententiã bimẽbrẽ. hoc modo: videlicet/ cõdenate in pecunia et nisi solueris infra talẽ terminũ/ mando quod patiaris talẽ penã corporalem. ita not. Bal. in dicta lege. et si seuerior. faciunt not. in simili per eũ in lege cum iudex. l. de sententijs.



Questio. xvij.

Quoniam octauo quæro. An in causa heresis liceat appellare. Et distingue: quod aut est lata diffinitiuã: et ab ea nõ licet appellare ut in. c. ut inquisitionis. §. j. de hereti. li. vj. ibi cum dicit cõdemnatos. Aut grauiamẽ cõtingit in processu cause: et tunc potest appellari scõdum Archi. ibi. Nam nulli est negãda legitima defensio de excep. cum inter. et ne innocẽs grauetur premissum est omnibus oppressis appellare. ij. q. vj. c. ij. et iij. nec obstat ille tex. in dicto caplo. ut inquisitiones secundum eus. imo facit pro quo loquitur de illis de quibus iam constabat per sententiã latam fore hereticos. Sic etiã cõstitutio Innocẽcij. iij. de quibus hic fit mentio dicit.

Itē appellatiōes / ⁊ proclamatiōes huius
 modi personarū ⁊ cetera: ⁊ alia cōstitutio q̄
 incipit. Cōmūnī nobis celit⁹ sic dicit. igit̄
 proclamatiōis ⁊ appellatiōis beneficiū ab
 hereticis receptorib⁹ ⁊ fautorib⁹ eorū peni-
 tus amonem⁹. Ex quib⁹ verbis apparet qd
 de his quos hereticos esse constat predicta
 iura loquunt. idē sequit̄ ibi Jo. an. Ibi enī
 quos cōstat esse tales nullo iuris beneficio
 gaudere debēt. vt in aut. de puile. dot. cir-
 ca mediū. ⁊ in tā graui crimine cū multa de-
 bet cautela proceat. de here. vt officiū. §. ve-
 rum. li. vj. Idē Ben. idē sequit̄ Domi. qui
 ex pdictis infert qd vbi lex vel statutū tollit
 remediū appellandi a diffinitiuā: nō videt̄
 tollere ab interlocutoria / qd est notādum.
 ⁊ pro hoc ego induco doctrinā Inno. in. c.
 significauerit. de testi. ⁊ in. c. pe. de no. ope.
 nunc. vbi tenet qd ⁊ si in iudicio possessorio
 nō admittat appellatio. vt in. l. vnica. §. si
 de nome. po. Illud tñ est verū i diffinitiuā
 quo casu iura loquunt. sec⁹ aut̄ i interlocu-
 toria de qua nō disponit: tollēdo remediū
 appellādi ab ea. qd etiā iustificari posset: qz
 eo magis admittēda est in hoc casu appella-
 tio ab inter locutoria: qz grauamē nō est re-
 parabile p appellatiōez a diffinitiuā per ea
 q̄ no. in. l. ante sentētia. ff. de appl. nō reci. ⁊
 i. l. ante sentētie. §. quo. appel. nō reci. ⁊ p
 glo. in cle. j. de here. in vers. ipō iure. q̄ opti-
 me facit ad hoc qd q̄ntūcūqz lex vel statutū
 tollat appellatiōez: nō tñ tollit facultas ap-
 pellādi: vbi propter dolū iudicis vel aduer-
 sarij esset sentētiatū. ⁊ p̄sumit̄ dolus in iu-
 dice si erat capitalis inimic⁹ ei⁹ cōtra quez
 pronūciat. vt. ff. de arbi. lege non distingue-
 mus. §. cū quidā. pbatur aut̄ pdicta cōclu-
 sio ex tex. l. diē pferri. §. stari. iūcta lege ita
 demū. ff. de arbi. ⁊. l. in. §. eo. Dolus aut̄ ad-
 uersarij colligit̄ ex his q̄ dicit̄ tex. in dicta. l.
 ita demū. videlicet / si corrupit iudicē: vī pe-
 cunia: vel ambitiōe: vel aduocatū: aut p̄cu-
 rationē part̄ aduersē ⁊ ḡnāliter si in lite do-
 lose veriat⁹ est. ⁊ hāc cōclusionē firmat bal.
 in. c. pastoralis. §. si. de offi. deleg.



Questio. xix.
 Decimo nono q̄ro de executio-
 ne fiēda cōtra cōdenatos de
 hoc crimine. In quo est dicē-
 dum / qd si sunt ecclesiastici viri

tūc per inq̄sitores et ordinarios fiet execu-
 tio in bonis eorū. Ebi vero seculari iudici
 sunt tradēdi: debēt pri⁹ a suis ordinib⁹ de-
 gradari. qd ḡnāle est in omni crimine. vt in
 c. cū nō ab hoie. de iudi. ⁊ in. c. nouim⁹. de
 ver. signi. vbi tex. dicit / qd cū maxima clemē-
 tia per ecclesiasticū iudicē sunt tradēdi p̄cib⁹
 interpolit̄ apud eū: ne ad mortē vel mēbrū
 mutilationē p̄cedat. Secularis tñ potestas
 faciet executiōez corporales / prout iura vo-
 lūt. Illud enim conuenit iudici ecclesiastico
 p̄pter suā modestiā ⁊ ecclie clemētiā. ⁊ hoc
 incūbit seculari iudici propter rigorē disci-
 pline ⁊ iustū cōseruādū. In degradatione
 aut̄ predictoz reperit̄ specialiter in hoc cri-
 mine statutū: vt nō req̄rat̄ numer⁹ ep̄oz de
 quo in caplo degradatio. de pen. li. vj. imo
 qz tātus ep̄ozū numer⁹ faciliter conuenire
 nō potest. Sol⁹ ep̄us cōuocatis abbatib⁹
 alijsqz p̄latis ⁊ religiosis personis: ac litte-
 ratis sue diocesis de quib⁹ sibi expedire vt
 debet: poterit eos degradare. vt in. c. j. de be-
 re. li. vj. ⁊ licet ille tex. dicat qd ille p̄sone cō-
 uocate debeāt esse de diocesi. vbi tñ ibi non
 reperirent̄ recurrēduz esset ad aliā diocesim.
 vt dicit̄ ibi. Jo. an. in nouel. Sed occurrit
 iuxta hoc dubitatio. An ista degradatio de-
 beat fieri tñ vbi cleric⁹ tradit̄ curie seculari
 mortis supplicio deputādus. An etiā sit
 idē q̄ndo debet perpetuo carceri mācipari.
 iuxta formā. c. excōicamus lo. ij. eo. ti. Pa-
 nor. mouet ibi q̄stionē. ⁊ tādem p̄cludit eti-
 am in sc̄do casu: scilicet p̄petui carceris ha-
 bere locum predictam degradationē. pro
 quo facit secundum eum aperte tex. in di-
 cto. c. j. ibi cum dicit: aut perpetuo immu-
 randus et cetera. Si vero laici fuerint de
 hoc crimine condemnati: statim sine alio
 adminiculo seculari sunt relinquendi iudi-
 cio: animaduersione debita puniendi. Po-
 testates autem siue iudices et alij domini
 temporales officiales siue eorum nuncij:
 taliter sibi relictos statim recipiant et sine
 dilatione debita animaduersione puniāt
 non obstantibus appellationibus per eos
 interpositis aut interponēdis cum tam se-
 cundum ius canonicum quam etiam secū-
 dum legem imperialem: appellationis re-
 mediū sit hereticis fautoribus ac eorū
 receptoribus et defensoribus interdictū
 vt in. c. vt inq̄sitionis. de here. libro sexto.
 C ij

et ex illo, tex. infert ibi glo. qd sententia lata in causa criminali debet statim mādari executioni non ex pacto lapsu decendij. sed ille tex. iudicio meo probat cōtrariū: cū ibi permittat fieri executionē incōtinēti ex eo qd in crimie heresis nō admittit appellatio. vt dicit ibi tex. ergo vbi appellatio nō excluderet: qd est regulare in oib⁹ criminib⁹ / in tñ qd i eis nedū cōdēnato: s; etiā tertio pmitti tur appellare. ff. de appell. nō tñ esset differēda executio nec statiz esset fiēda. de materia tñ / qz nō est p̄sentis speculatiōis remitto ad no. per Bar. in dicta lege. nō tñ. et lat⁹ per eum. lege q̄ vltimo. ff. de peni. et per Bal. l. aditos. l. de epi. audi. et in. l. ynica. l. ne ex deli. defun. Consuetudo tñ habet / qd in quocūq; crimine nō expectato decēdio / ad appellādum mādāt incōtinēti sentētia executioni / quo ad penā corporalē. qd intellige vbi nō esset appellatū / de quo remitto ad no. per doct. in locis p̄dictis. et per canonistas in. c. ij. de re iudi. et q̄ magis sint astricti huiusmodi seculares potestates. et officiales cōtra hereticos huiusmodi executiones facere: statutū est / qd ad requisitiōē diocesanorū seu officialiū suorū: aut inq̄sitorū heretice prauitat⁹ / iurēt p̄cise attēdere atq; inuolabiliter obseruare et facere a suis subditis obseruari toto tēpore sui regiminis in terris sue iurisdictioni subiectis: cōstitutio nes editas cōtra hereticos credētes fautores et receptatores / atq; defēsores eorū / ipsorumq; filios et nepotes. et q̄ iurare tā noluerint et seruare velut heretici / ac de fide suspecti et infames officio et honore sui regiminis spoliēnt et sunt inhabiles ad officia publica de cetero cōsequēda. vt in. c. vt officii §. si. de here. li. vj. et vltra hoc / p̄dicti omnes si executionē sibi iniunctam cōtra hereticos p̄fatos delatā p̄opte / prout ad suū spectat officiu; facere seu adimplere detraxerit: aut alias sentētiā vel processum iudiciū qui sup hoc crimine procedūt directe vel indirecte impedire p̄sumpserint: et q̄ sciēter in p̄dictis dederint cōsiliū / auxiliū / et fauorē: excoicatiois sentētiā ip̄o facto incurrūt. quā si per annū aīo sustinuerit indurato: extūc velut heretici sunt cōdēnandi. vt in dicto. c. vt inq̄sitiōis. §. prohibem⁹. Et quib⁹ aperte mōstrat qd solliciti et attenti debeāt esse seculares potestates et officiales circa ea q̄ super

hoc crimine eis incūbunt peragēda. horrē dumq; est qd potestates et domini tēporales / q̄ eos debite modo predicto nō puniūt. immo et q̄ deteri⁹ cōmittētes eis fauēt. illud dñi iudiciū / per eos p̄pbete prolātū incur rant. Quia dimisisti virū dignū morte de manu tua: erit anima tua pro aīa ei⁹: et populus tu⁹ pro populo ei⁹. vt habet. iij. Regū. Multa etiā flagella diuine vltiōis q̄ in populo propter hoc derelictādū crimē seuire quotidie decernim⁹: habita de eis vindicta miscōiter tollerent. vt cōtingit in simili casu. iij. Regū. xvij. Et p̄dictis infert ad q̄stionē q̄ in hac materia est satis necessaria. Donec / qd iudex eccliaistic⁹ tradit cōdēnatū de heresi iudici seculari / vt ip̄m puniat. An iudex secularis possit petere a iudice eccliastico: vt cōmunicet sibi p̄cessus quē fecit cōtra cōdēnatū: vt sic videat / an iuste fuerit processum cōtra eū vel nō: vt in euentū p̄cedat ad exequēdū sentētiā cōtra ip̄sum vel nō. Bar. in. l. diuus. ff. de custo. et exi. re. tenuit qd nō tenebit ad executionē faciēdā procedere: nisi processus sibi exhibeat: et idem tenet in. l. magistratib⁹. ff. de iuris. om. iudi. ad qd allegat tex. in dicta. l. diuus. ad idēz inducit qd habet in auct. de sanct. epi. §. si vero. sed p̄danor. in. c. j. de offi. or. reprehendit in hoc bar. et dicit cōtra ip̄m esse tex. ex p̄siliū in dicto. c. vt inq̄sitiōis. §. prohibemus. vbi dicit: qd de crimine heresis / cū sit mere eccliaasticū / neq; directe / neq; indirecte pōt iudex secularis cognoscere: sed pura et nuda executio ad eū pertinet ad requisitiōē iudicis eccliaistici. Et hec opinio satis placet: qz fundat aperte per dictū. §. prohibem⁹. Sed ego limitare hoc procedere vbi daret de iniusticia cōtra sentētiā ad impedidū executionē. ad qd etiā faciūt not. per Anno. in dicto. c. j. de offi. ordi. et in. c. cū in iure. de offi. deleg. et per Archi. xxij. q. v. ad ministratores. vbi tñ diceret eā fuisse nullā et de hoc exciperet ad impedidū executionem: tūc admittēda foret hec exceptio per iudicē secularē exequentez: dūmodo in breui posset de ea cōstare nec req̄rere altiorē indaginē: iuxta not. p̄ bar. in. l. iij. §. cōdēnatuz ff. de re iudi. Nā nullitatis exceptio impedit executionē sentētie. vt in dicto. §. cōdēnatū. et l. si cuz nulla. eo. ti. et c. de cetero. de re iudi. et per glo. in. c. pastoralis. §. qz vero.

de offi. dele. et per Inno. in. c. cū in iure. co. ti. Nec obstat tex. in dicto. c. vt inq̄sitiōis. §. j. in fine. vbi dicit q̄ iudex secularis statim recipiat cōdemnatos de heresi et indilates sententiā exequat cōtra eos. nā ille tex. loq̄tur de cōdemnatis de crimine p̄dicto. Constat aut̄ cōtra quē sententiā lata est nulla nō esse cōdemnatū. vt clare dicit tex. in dicto. §. cōdemnatū. Similiter nec obstat tex. in dicto. §. prohibem⁹. eiusdē caplo. qz hic nō cognoscit iudex secularis de crimine heresis: qd̄ ibi interdicit. Sed tm̄ de nullitate sententiē qd̄ ibidē minime p̄hibet. Et p̄ hac p̄clusionē multū faciūt ea q̄ notat Angelus. cōfilio. cclxxv. addo etiā aliā limitationē ad p̄dicta/ q̄ vbi iudici seculari alias cōstaret sententiā fore iniustā/ nō deberet ad ei⁹ executionē procedere: ne aiāz suā dānaret/ iuxta not. per Inno. in dicto. §. qz vero. c. pastoralis. et si cogeret per iudicē ecclesiasticū per cēsuras et alias iuris penas/ poti⁹ debz ista humiliter tollerare/ q̄ mortē iniustum alicui inferre ar. c. inq̄sitiōi. de sent. exc. neqz per hoc dici pōt qd̄ se intromittit de hoc crimine cōtra dispositionē dicti. §. prohibemus. qm̄ nō se intromittit cognitionē sup̄ p̄dicto crimine/ assumēdo qd̄ ille tex. prohibet. sed ex cōsciētia p̄uata quā habet crimē homicidij/ declinādo qd̄ quēlibet virum catholicū decet. et est aliud speciale in hoc crimine/ qd̄ pro executiōib⁹ faciēdis et auxilio impēdendo cōtra hereticos poterūt ecclesiastici iudices recursū habere ad potestates et iudices seculares excōicatos: et de facto et nō de iure officia illa et dignitates possidentes: dūmodo sine periculo morē ad supiores eoz legitime p̄sidentes recursus neq̄at haberi. vt probat tex. c. p̄sidentes. de here. li. vj. ex quo tex. per locū a speciali dicem⁹ cōtrariū in alijs casib⁹ vt ad tales nō recurratur. Ex quo poteris assumere nota. limitationē et intellectū ad omnia iura q̄ dicūt qd̄ iudex ecclesiastic⁹ debet recurrere ad auxiliū iudicis secularis q̄ndo op⁹ est. r. c. vj. di. cū ad verū. et. xxij. q. v. p̄ncipes. de offi. ordi. c. j. et cōtra secularis ad ecclesiasticū. nā vna potestas per aliā iuuat. r. di. c. quoniā. ad qd̄ etiā faciunt no. per Inno. in. c. j. licet ex suspecto de fo. cōpe. et in dicto. c. j. de offi. ordi. et per idē intelliges no. per Bar. in. l. vnica. in p̄n. ff. si q̄s ius di. nō opten. vbi dicit/ q̄ etiā in-

ter seculares iudices potest vn⁹ implorare auxiliū alteri⁹ potentioris. L. de hi qui latro ocul. l. ij. omnia enī ista debēt intelligi modo p̄dicto. et per eundē modū limitabis etiā not. per Cin. et Jo. an. in. c. per venerabile. §. rationib⁹. qui si. sunt legi. vbi per illū tex. dicūt qd̄ si causa cōmittit̄ ep̄o p̄aduano/ et duo sunt electi: alter canonic⁹: et alter nō/ qd̄ intelligit̄ p̄missa existētī in canonica possessiōe. et idē tenet Archi. r. q. j. si quis q̄. debet enim intelligi de illo qui bona fide esset in possessiōe. sec⁹ aut̄ si de facto tm̄ esset intrusus per p̄dicta.



Vicesima q̄stio.

Vicesimo quero: An redeuntes ab heresi indifferēter sint admittēdi: et an euadant per hoc penas criminis. Archi. in. c. vt cōmissi. §. nec nō. de here. li. vj. dicit/ q̄ illi q̄ veniūt infra tēpus grē admittēdi sūt: licet enim fuerit moniti: nō tm̄ sunt coacti/ ex quo a nemine sunt p̄uēti. bene facit ff. ad tercul. l. j. §. mater. cū se. Sz ip̄e tenet qd̄ etiā post tēpus grē admittēdi sunt re integra/ vtpote: qz aliq̄s nō fuit p̄sonaliter re q̄litus: nec p̄tra eū probatiōes sunt recepte ad hoc de p̄bē. si tibi absentī. li. vj. Qui tm̄ post p̄dicta tempora venerit indign⁹ est venia/ licet errorē detegat. et remittit ad not. in. l. j. L. de hi. qui latro ocul. et sic recitādo ip̄m trāseūt. Jo. an. et Domi. ibi. et id qd̄ isti dicūt de tēpore grē: innititur cōsuetudini quā solēt seruare inq̄sitores heretice prauitatis: qui vt p̄dixim⁹ in p̄ncipio inq̄sitiōis p̄mittūt sermones ad populū: vbi habēt inq̄rere de fide catholica differētes/ atqz ad mouēt oēs hereticos: vt recognoscētēs errorē suū ad fidē catholicā cōuertant. q̄ tanq̄ benigna mater q̄ nulli claudit gremiū redeūtī: eos benigne recipiet. et solēt p̄refigere certū terminū infra quē isti debeāt venire: et istud appellat̄ tēpus grē: sed hosti. in sum. ti. de here. sentit apte qd̄ ante q̄ sit conuict⁹ de heresi q̄ndocūqz admittit̄ cōfitens errorē suū et volēs recōciliari: etiā si timore probationū p̄fiteat̄. dūmodo iudex videat ip̄m cōtritū et speret de cōuersione sua. Jo. an. in. c. excōicam⁹. lo. j. §. dānati. eo. ti. in quadā apostilla sentit/ q̄ nedū ante q̄ sint cōuicti: imo etiā post q̄ sunt cōdemnati per sententiā possunt redire et euadere penam

mortis. et idem sentit glo. no. in. c. pe. eo. ti.
In contrarium tñ facit tex. in. c. ad abolēdā. §.
1. eo. ti. vbi tex. videt̄ requirere / q̄ incōtinēti re
deant et spōte. Nā post dānationē videntur
hoc facere timore pene imponende. et post
probatiōes vident̄ facere timore probatio
nū: innuit enī ille tex. q̄ ad hoc vt redeūti
bus ad fidē remittat̄ pena mortis ista req̄
rūtur: scz / q̄ spōte abiurēt et q̄ incōtinēti.
Si ergo quis expectauit probatiōes cōtra
eū fieri / et per eas cōuinci et postea vult con
uertī: nec hoc facit incōtinēti nec sponte: qz
videt̄ timore probationū fecisse. zen. et do.
Et in cle. ad nostruz. §. pe. eo. ti. tenet / q̄ si
postq̄ negauerūt sunt cōuicti nō admittā
tur ad huiusmodi reuocationē erroris: ad
finē euadēdi penā corporales. sed p̄danor.
in dicto. c. excōicam. §. dānati. sequitur opi
nionē quā Jo. an. ibi tenuit i appostilla de
qua p̄dixi. et pro ea adducit tex. in. c. accusa
tus. de here. li. vj. vbi relapsis dumtaxat nō
parcīt. semel ergo lapsis licet sint condēna
ti. parcēdum est ex quo volūt ad fidez redi
re. Dicit tñ / q̄ ista opi. aperte non p̄batur
iure: imo poti⁹ posset defendi cōtrariuz. qz
dicit̄. §. dānati. nullā indulgentiā dat dam
natis. et. c. ad abolēdā. vult q̄ statim redeāt
et spōte vt dictū est. et. c. pe. eo. ti. loquit̄ d̄ de
prehēsis in heresi et nō de cōdemnat̄: sed di
cit / q̄ alia opinio tanq̄ mitior est sequēda
ar. regule odia. et regule in penis. de regu.
iur. li. vj. et ad. c. ad abolēdā: satis colorate
posset respōderi / q̄ satis incōtinēti dicit̄ re
dire / si nullā dilationem expectat / nec pene
impositionem. l. disponderet. Vel pōt dici se
cundū eū / q̄ aut sunt cōdēnati de heresi sed
adhuc nō sunt traditi curie seculari: et habz
locū penitētia. Aut sunt traditi curie secu
lari: et tūc nō sit loc⁹ penitētie. Nam tūc pro
prie nō dicunt̄ venire spōte / nec incōtinēti.
Sed in hac opi. varietate ego dicerē / q̄ vbi
ad sententiā esset processum cōtra hereticuz
nullo modo ei⁹ p̄uersio esset admittēda ad
effectū euadēdi penā mortis. et pro hoc in
duco tex. in dicto. c. pen. de here. in. §. dam
nati. iuncto. §. si qui aut. in. §. dānati. dispo
nit̄ de dānat̄ per sententiā: vt tradant̄ curie
seculari. sequit̄ statim. §. si qui aut. vbi tex.
loq̄tur de deprehēsis in heresi: nō tñ de cōdē
natis. q̄ si redire voluerint: euadūt penam
mortis: tamē perpetuo carceri sunt mācipā:

di. hoc etiā p̄bat̄ per tex. in. c. vt p̄missi. eo.
ti. li. vj. vbi solū cōcedit̄ facultas mitigādi
penā vel mutādi de his q̄ mādat̄ inq̄lito
rum obediētes fuerūt: propter qd̄ in carce
re vel muro fuerūt reclusi. sec⁹ ergo in eis q̄
in pertinacia p̄durarūt: quousqz de crimie
fuerūt cōdēnati. p̄terea vt superi⁹ dixim⁹
cū regla iur̄ sit / q̄ penā illā illatā p̄sententiā
nullus possit sine p̄ncipis auctoritate rela
xare. et in hoc casu hec regula nō repiat̄ vio
lata excepto casu p̄dicto p̄dicti. c. vt com
missi. nō debem⁹ hoc extēdere ad nō expres
sum. vbi tñ ad cōdēnationē nō esset proces
sum etiaz si esset per testes vel alias proba
tiones de heresi cōuict⁹: satis credere reuer
tētes admitti debere. pro quo facit tex. in di
cto. c. accusat⁹. in prin. et apertius in. §. ille
quoqz. nec obstat tex. in dicto. c. ad abolen
dā: quē supra induxim⁹: qz debet suppleri
per tex. in dicto. c. accusat⁹. et hoc nō est no
uum / q̄ p̄iores leges trabant̄ ad postero
res. vt. l. nō est nouū. ff. de legi. p̄uidēdū
tñ est caute q̄ndo isti volūt redire: ne simu
lata cōuersione: redeāt fraudulenter: et sub
agni specie gerāt lupū. vt. c. vt officiu. §. pro
uiso. eo. ti. li. vj. Et aduertēduz qd̄ ea q̄ p̄e
dixim⁹ circa admittēdos hereticos ad recō
ciliationē et gremiū ecclie: atqz erroris ab
iurationē: locū etiā sibi v̄dicāt in his q̄ re
deūt ab apostasia. cū illa nō cōstituat diuer
sam speciē ab heresi: sed tñ addat q̄ndā cir
cumstantiā aggrauantē. vt dicit̄ L. bo. scda
scde. q. xij. arti. j. in solutiōe ad tertiu: iuxta
illud scda p̄e. ij. meli⁹ erat eis viā dñi non
agnoscere q̄ post agnitā retroire. cum ergo
iura p̄inducta ḡnāliter admittāt hereticos
nō relapsos ad abiurationē et apostasia nō
p̄stituat diuersaz speciē ab heresi / vt dixim⁹
iure igitur apostate erūt admittēdi: nec ob
stat tex. in. l. bi qui. L. de apost. vbi tex. in si.
dicit̄ eos reuertētes / nō fore admittēdos.
Nā illa lex nō est admittēda: cū disponat
de materia mere speciali: scilicet heresis q̄
est mere eccliaistica: nec sub laicoz iudicio
pōt cadere. vt in. c. inq̄sitiōis. §. prohibem⁹
de here. li. vj. Nā ergo imperator legē illaz
condere potuit. ad hoc qd̄ facit. c. bene qd̄e
xcvj. di. et. c. ecclia sc̄te marie. de consti. cum
multis si. p̄sertim hoc casu quo ius cano
nicū specificē cōtrariū disponit. pro quo in
duco tex. in. c. quidā. de apost. vbi cōpelli

subent apostate per platos suos: vt fidem
quā promiserūt teneat. ac rit⁹ iudaicos di-
mittat. Si igit⁹ cōpellēdi sunt per eccliam
ad id ergo a fortiori voluntarie et spōtanee
venientes debēt admitti qđ caute est cōside-
randū. p̄dicta vera sunt in hereticis nō rela-
psis. si enim essent relapsi: sine aliqua audi-
entia essent seculari iudicio relinquēdi. vt
dic. c. ad abolēdas. §. illos quoq; et dicto. c.
accusat⁹. Sed intellige. qđ eorū cōuersio nō
est admittēda ad hoc vt penam mortis eua-
dāt. nequaquā tñ sunt eis humiliter petita sa-
cramēta penitētie ac eucharistie denegan-
da. vt in. c. sup eo. ti. li. vj. Et idē dicas eadē
ratione vbi supius dixi / istoꝝ cōuersiones
nō debere admitti: debet enim intelligi iu-
xta determinationē dicti. c. sup eo. Sed q̄
ro q̄s dicat relapsus. Hoc determinat tex.
in dicto. c. accusatus. in prin. et in. §. j. et. ij. et
nota: qđ nedū ille qđ post abiuratā heresim re-
cidit in eadē relapsus cēset. iuxta tñ distin-
ctiōez illi⁹ tex. sed etiā ille cui propter suspi-
tionē heresim fuit indicta purgatio et se pur-
gavit / relapsus dicit⁹. si in eā post abiuratio-
nē est relapsus. vt probat tex. in dicto. c. ad
abolēdam. §. illos quoq; qđ tñ inter cetera
disponit tex. in dicto. c. accusat⁹. §. eū vero.
qđ ille qđ in vna heresim specie / vel secta / aut
in vno fidei articulo / v^l ecclie sacramēto cō-
misi: et postmodū heresim abiuravit simpli-
citer v^l gñaliter: si postea in alia specie siue
articulo cōmittat: debet vt relapsus in he-
resim iudicari. Juxta hoc occurrit dubita-
tio: Donec / qđ non sic simpliciter abiuravit:
sed tñ in illo articulo. postea labit in alio:
an dicat relapsus. et glo. ibi dicit qđ nō. et li-
cet Archi. cōtrariū ibi teneat. tñ Jo. an. in
nouel. sequit illā glo. cū verba dbeāt aliqd
operari. de pūil. si papa. et qđ in penis ben-
gnior interpretatio est faciēda. Subiūgit tñ
qđ raro practicabit iste casus / qđ cōiuetudo
habet / qđ oīs relapsus etiā in vno articulo
gñaliter abiuret heresim. Sed Domi. tenet
cōtrariū propter cōnexitatē quā habēt he-
reses inter se: qđ de vanitate cōueniūt in idē
ipsum de here. excōicam⁹. lo. j. et. ij. et ex hoc
fundamēto tollit motiua Jo. an. et pro hac
opi. Domi. Ego iudico ea qđ sc̄s L. ho. dicit
sc̄da sc̄de. q. v. arti. iij. vbi tenet / qđ in hereti-
co discredēte vnū articulū fidei non manet
fides formata nec informis in alijs articu-

lis. cui⁹ ratio est: qđ species cuiuslibet habi-
tus rerū depēdet ex formali ratione obiecti
qua sublata species habit⁹ remanere nō po-
test. Formale autē obiectū fidei est veritas
p̄ma. sc̄dm qđ manifestat⁹ in scripturis sc̄tis
et doctrina ecclie: qđ procedit ex veritate pri-
ma. Unde quocūq; nō inheret sicut infalli-
bili et diuine regule: doctrine ecclie qđ proce-
dit ex veritate p̄ma in scripturis sc̄tis ma-
nifestata: ille nō habet habitū fidei. sed ea
qđ sunt fidei. alio modo tenet qđ per fidē. sic
si aliq; teneat in mēte aliquā cōclusionem
nō cognoscēs mediū illi⁹ demōstrationis
manifestū est qđ nō habet ei⁹ sciētiam sed opi-
nionē solū. Unde ille qui de his qđ ecclia do-
cet / qđ vult tenet. et qđ nō vult nō tenet. itaq; nō
inheret ecclie doctrine tanq̄ infallibili regu-
le: s; pot⁹ proprie voluntati. ex quo seq̄tur
qđ heretic⁹ est simpliciter qđ pertinaciter dis-
credit vnū articulū fidei: nō enim est para-
tus in oībus sequi doctrinā ecclie. si enim
nō pertinaciter ita nō esset heretic⁹ sed errās.
vnde manifestum est / qđ talis heretic⁹ circa
vnū articulū fidē non habet de alijs articu-
lis. sed opinionē quādam sc̄dm propriā vo-
luntatē: qđ nō credit ex habitu fidei: sed qđ
sic placet sibi. Forma autē abiurandi heresim
tradit per tex. in. c. ego berengari⁹. de cōse-
cratione. di. ij. et debet scriptura fieri de hac
abiuratione: et subscribi manu p̄pria ipius
abiurat⁹ pro quo est glo. j. q. vij. cōueniēti-
bus. et vbi talis p̄sona fuisset / ex cui⁹ heresi
multe ecclie fuissent scandalizate: decet co-
pia illi⁹ abiuratiōis ad oēs illas trāsmitti:
vt qđ male fuerūt edificate de peruerso gau-
deāt et edificent⁹ de cōuerso. vt ibi dicit tex.
in fine. ¶ Sed q̄liter debet iudex pronun-
ciare in sentētijs herēdis vel penitis iniūgen-
dis redeūtib⁹ ad fidē et heresim abiuratib⁹
Solutio. Dicas / qđ nō debet eos pronuncia-
re hereticos: qđ nō sunt. xxij. q. j. hec est fi-
des. vbi de hoc. et. q. vltima dicit ap̄tus: et. c.
qui in ecclia: nec pronunciabit eos tales fuis-
se: qđ modus iste nō est dat⁹ a iure. sed dicit
sic: qđ te inuentem⁹ per tuā cōfessionem vel
probationes legitimas hereticū vel here-
ticos adorasse: nūc autē saniori vsus cōsilio
His prout asseris ad vnitatem ecclie corde
puro et fide nō ficta redire. idcirco te in pri-
mis abiurata omni heretica prauitate iu-
xta formā ecclie ab excōicationis vinculis:

quib⁹ tenebaris astrict⁹ absolut⁹. Si tñ
 ad eandē ex corde redieris ⁊ iniūcta tibi mā
 data seruaueris. ⁊ qz in deū ⁊ scām eccliaz
 modis predictis deliqsti ad peragēdas pe
 nitētiā cōdignā: in perpetuū carcerē te de
 trudi volum⁹. ⁊ precipim⁹ ibidē perpetuo
 remanere. nec mireſ quis / qz dictum est sic
 sub cōditione. nā causa delēde q̄stionis ex
 pediat sic dici: vt si qd ei imponit nō serual
 set nō cēseat absolut⁹. ⁊ hāc formam ponit
 Archi. in dicto. c. vt cōmissi. §. necnō. quē se
 quif. Jo. an. in nouel. dicens / qz quicqd di
 cat Archi. tñ inq̄sitores nri temporis bene
 pronūciāt illū fuisse hereticus. nec apparet
 quid obstat secūduz eū. Sed quoniā in hac
 forma preinserta fit mētio de absolutiōe q̄
 sibi impedit a sentētia excōmunicatiōis quā in
 currit propter incursum heresis. Quero an
 inq̄sitores possint absoluere hereticū etiaz
 a sentētijs quas papa die iouis scā p̄mul
 gat cōtra tales Archi. in dicto. c. vt officiu⁹
 in prin. tenet qd sic. per illuz tex. q̄ ḡnāliter
 permittit eis absolutiōē ⁊ idē sequunt̄ ibi
 Jo. an. ⁊ Domi. ⁊ vltari⁹ in eadē forma ab
 solutionis ponit per modū cōdictiōis: si in
 iūcta mādata seruaueris ⁊ cetera. hoc est sat
 tūri cōsonū. Nā tales reuertētes errozē suū
 ad arbitriū ep̄i debēt abiurare ⁊ satisfactio
 nē idoneā exhibere. vt dicit tex. in dicto. c.
 ad abolēdas. §. presenti. Juxta id vero qd
 in hui⁹ p̄ncipalis q̄stionis themate deduce
 bat. Quero q̄ pena sit imponēda his q̄ ab
 heresi reuertunt̄. ⁊ dicēdū qz hoc residet in
 arbitrio ep̄i ⁊ inq̄sitoruz: q̄ in crimine here
 sis inq̄runt: vt scdm̄ qz eis visum fuerit sa
 tisfactionē iniūgat / tali cōuerso ⁊ penitēti.
 vt probat tex. in dicto. §. presenti. Bona tñ
 q̄ propter heresim fuerāt iudici seculari ap
 plicata nō restitunt̄ ei: nisi ex misericōdia sec⁹
 fiat. vt in. c. vergētis de here. Sed quero iu
 xta hec: quid si patron⁹ ecclie labit in here
 sim: an reuersus recuperet ius patronatus
 qd pri⁹ habebat hanc q̄stioēz tāgit glo. j. q.
 vij. maximū. ⁊ tenet qz sic. nisi esset lata sc̄tē
 tia sup̄ amissiōe iuris patronat⁹. Sed Pa
 nor. in. c. qz diligētia. de elec. tenet indutin
 cte illū nō recuperare huiusmodi ius patro
 nat⁹ ar. c. vergētis. iuncto. c. pe. de here. ⁊. l.
 cōmissa. ff. de publi. ⁊ veti. nisi ex grā sibi re
 stituereſ. Ad qd ego induco not. per Inno.
 in. c. fina. de here. In hac etiā penitētia im

ponēda debet haberi discretio: vt si a p̄nci
 pio cōuertant̄ ⁊ spōte: miti⁹ cū eis agatur.
 Si aut̄ vltari⁹ distulerint cōuersionē: vt po
 te quousqz sint cōuicti. vel notoriū sit eozū
 crimē. qz in eo fuerit deprehēsi: augēda erit
 pena: ⁊ si opus fuerit vsqz ad perpetuū car
 cerē. vt i dicto. c. penl. §. si. si qui ante eo. tñ.
 discretio itaqz iudicatis in his debitā mo
 derationē adhibebit attētis p̄dictis. ⁊ etiā
 cōiectura quā habet de cōuersione ⁊ peni
 tētia ⁊ dolore hui⁹ cōuersi. In casu tñ ipso
 iure reuersus recuperat p̄mu⁹ statū. videli
 cet / si mulier aliq̄ catholica incidit in here
 sim propter qd perdit p̄uilegia q̄ catholice
 mulieres habēt in dote: si illa postea cōuer
 tat / recuperat ipso iure omnia p̄dicta p̄uili
 legia que amiserat. vt i aut. de p̄uili. dot. §.
 quia enim. in si. coll. vij.

Questio. xxj.



Quesimo primo q̄ro. An si he
 retici in errore persistūt ⁊ vo
 lūt publice disputare confir
 mātes errores suos: sit cū eis
 disputādū. Et idem q̄ro: circa quoscūqz ali
 os infideles. Et dicēdū est qz in disputa
 tiōe fidei duo sunt cōsiderāda. vnū q̄dez
 ex parte disputātis. aliud aut̄ ex parte audi
 entiū. Ex parte quidē disputātis / est cōside
 randa intētio. Si enī disputat tanq̄ de fi
 de dubitās: ⁊ veritatē fidei pro certo nō sup
 ponēs. sed argumentis experiri intēdens:
 proculdubio peccat tanq̄ dubi⁹ in fide ⁊ inf
 fidelis. ⁊ pro hoc induco glo. xcvj. di. nos
 ad fidez. ⁊ in. l. iij. l. de sum. tri. Si aut̄ q̄s
 disputet de fide ad cōfutandos errores vel
 etiā ad exercitiū vt faciūt theologi: illud est
 laudabile. ex pte vero audiētū cōsiderādūz
 est: vtrū illi qui disputatiōē audiūt sint in
 structi ⁊ firmi in fide: aut simplices ⁊ in fi
 de titubātes: nam corā sapiētib⁹ in fide fir
 mis nullū periculum est disputare de fide.
 Sed circa simplices est distinguēdū. quia
 aut sum⁹ sollicitati ⁊ inuitati ab infidelib⁹
 puta iudeis: hereticis: siue paganis intēt
 bus corrūpere fidē nr̄am. Aut nō sum⁹ sic
 sollicitati. Primo casu necessariū est publi
 ce disputare de fide: dūmodo reperiant̄ ad
 hoc sufficiētes ⁊ idonei q̄ errores possint cō
 futare. pro quo facit glo. in dicta. l. iij. ⁊ ca
 pi. cuz quib⁹. xxiiij. q. iij. ⁊ crederem ego / qz
 vbi infideles ⁊ heretici non vellent ad fidei

disputationē venire zelo redeundi ad fidei
veritate cōperta: sed poti⁹ ad quādam inanez
ostentationē: cautū esset eos prudēter elu-
dere: verbaq; ad aliā materiā cōvertere. dū
modo simplices q; adstāt nō sentirēt. ⁊ hoc
ne secreta fidei nr̄e indignis pādānt. ⁊ cō-
tra doctrinā xp̄i margaritas seminem⁹ an-
te porcos. nā nihil omnino eis respondere
auditorū causa vtile nō videt: ne forte sim-
plices existimēt nos responsionis penuria
declinare certamē. ⁊ fides eorū ledat ex hoc
pro quo tex. cū glo. xliij. di. in mādati. ⁊ ea
des di. s. j. in glo. Quādo autē liceat secreta
fidei occultare. vide glo. not. xxvij. q. ij. inuē-
ta. Unde Gregori⁹ in pastorali sicut incau-
ta locutio in errozes pertrahit: ita indiscre-
tū silētū eos q; erudiri poterāt in erroze de-
reliquit. vbi tñ ista necessitas cessaret peri-
culosum est disputare de fide corā simplici-
bus. q; eorū fides ex hoc est firmitior q; nihil
diferens audierūt ab eo qd̄ credunt: vt de-
terminat sc̄us Tho. sc̄da sc̄de. q. x. arti. vij.
hāc autē disputationē nō permittit laicis
facere imo excōicādi sunt si publice de fide
disputauerint. vt probat tex. in. c. quicunq;. ⁊
in bibem⁹ de bere. li. vj. Discretio autē maxi-
ma adhibēda est in huiusmodi disputatione:
vt in his q; sunt fidei p̄ncipaliter q; in-
uitat auctoritatib⁹ noui ⁊ veteris testamē-
ti. q; ille sunt diuinitus reuelate: ⁊ theolo-
gie p̄ncipia ⁊ fidei nr̄e: nō humana sed diui-
na reuelatione que cōstat nobis per sacras
scripturas fuerunt nobis tradita. Istis tñ
presuppositis cū gr̄a non tollat naturā sed
p̄ficiat. oportet q; naturalis ratio subser-
uiat fidei. sicut ⁊ naturalis inclinatio volū-
tatis subseruit charitati. Unde ap̄lus dicit
i. corin. x. In captiuitatē redigētes. omnē
intellectū in obsequiū xp̄i. ⁊ per hūc modū
auctoritatib⁹ philosophorū: interdū sacra
doctrina vtit: vbi per ratioez naturalē veri-
tatē cognoscere potueſt. sicut paulus actu-
um. xvij. inducit verbū arati. dicēs. Sicut
quidā poetarū v̄rorum dixerūt. gen⁹ dei su-
mus. ⁊ idem fecit sc̄da ad Titū. j. c. in si. vbi
induxit illud Epimenidis poete. Reten-
ses semp̄ mēdaces male bestie vētris pigri
⁊ in p̄ma eplā ad Corin. illud Terētij. Se-
pe bonos mores corūpunt colloq; praua
de quo vide bonā glo. xxxvij. di. c. turbat s; tñ
sacra doctrina bis vtit q; si extraneis ar-

gumētis ⁊ probabilib⁹. auctoritatib⁹ vero
sacre scripture p̄dictis / tanq; ex necessitate
argumētando cōcludētib⁹. ⁊ si q; aduersa-
rius nihil crederet eorū q; diuinit⁹ inspirā-
tur: ⁊ per sacrā scripturā habent: nō rema-
neret cū eo iā vlteri⁹ via ad p̄bandū articu-
los fidei per rationē / sicut ⁊ in alijs sciētij
cōtra negātes p̄ncipia nō est argumētan-
dum. licet ⁊ sic in hoc differētia: q; alie sciē-
tie p̄bice: licet nō possint probare sua prin-
cipia. ⁊ ideo cōtra ea negantē nō disputent
sed relinquūt sup̄iori sciētie. sup̄rema vero
inter eas scilicet metaphisica disputat cō-
tra negātes sua p̄ncipia si aduersari⁹ aliqd
cōcedat. Si autē nihil cōcedit: nō pōt cū eo
disputare. Potest tñ soluere rationes ipsi-
us. Sacra tamē scriptura cū nō habeat do-
ctrinā sup̄iorē: disputat cōtra negantē sua
p̄ncipia. argumētando quidē si aduersari⁹
us aliqd cōcedat eorū q; per diuinā reuela-
tionē traditā in sacris scripturis habent.
Si vero aduersari⁹ de predictis nil credat:
nō manet ampli⁹ via ad probādum articu-
los fidei per rationē. poterūt tñ solui ratio-
nes q; in cōtrariū inducunt cōtra fidē. cum
enim fides infallibili veritati iniat. impos-
sibile autē sit q; vero demonstret cōtrariū:
quā vero oia cōsonant vt p̄b̄s dicit. j. et bi.
cōcludit manifeste q; probationes q; cōtra
fidē inducunt nō sunt demonstrationes sed
solubilia argumēta. ita dicit sc̄us Tho. p̄-
ma parte. q. j. arti. vij. hoc etiā cōfirmatur.
nā si fides nr̄a ratione humana posset ostē-
di p̄ter hoc q; derogaret dignitati sue tolle-
ret ⁊ meritū fidei. nā fides non habet meri-
tū / cui humana ratio p̄bet experimētū. ⁊ se-
cundū p̄dicta. debet intelligi illud qd̄ ap̄lus
Petrus ait. Parati reddere rationē omni
poscētī vos de ea: q; in vobis est fide ⁊ spe.
j. p̄c. iij. Ex q; bus patet q; pernitiose cōuin-
cunt errare quidā q; sciolos se esse tactāt fi-
dem nr̄am humanis rōnibus nitētes fun-
dare. q; tñ diuina veritate ⁊ reuelatiōe cōfi-
stit. derogāt enim dignitati eiusdē vt p̄dixi-
mus: ⁊ inducūt infideles in derisionē fidei
credūt enim q; huiusmodi rationib⁹ inni-
tamur ⁊ propter eas credam⁹. Ex hoc etiā
patet sūme reprehēdendos eos quicquid ra-
tione attingere nō possunt admittere in fi-
de catholica nolūt. cū enī illa excedāt oēm
rōnis humane sublimitatē. satis temerariū

*In negantes prin-
cipia*

est ea velle ratione investigare. nam ut philosophus dicit. ij. metha. Intellectus noster sic se habet ad prima entia que sunt manifestissima in natura sicut oculus vespertilionis ad solem. et Job. xj. Forsitan vestigia dei comprehendes et usque ad perfectum omnipotentem reperies. quasi dicat non. et. xxxvj. Ecce deus magnus vincens sciam nostras et. j. Corin. xij. ex parte enim cognoscimus eo maxime quam ex defectu intellectus nostri etiam de rebus sensibilibus que nostri cognitioni subiacet plurima ignoramus quanto magis ea que intellectum nostrum infinitum excedunt comprehendere non valebimus. unde in his consultum est humiliari deo. nec de se quicquam presumere. humilitas enim ad sapientiam disponit. ut dicitur prover. xj. vbi humilitas. ibi et sapientia. valde etiam admirandum est de istis hereticis qui superstitionem iudaicam sequuntur quod cum in lege mosaica multa credenda proponant que ratione humana comprehendere nequeunt. illis toto corde inheret et fidei nostram abhorret propterea quod credenda aliqua predicat que per dei potentiam possibile sunt. sicut et illa que in lege veteri continentur ostendit etiam veritas fidei nostre ex miraculis in ea factis et que adhuc dicentium videmus. sicut et ego vidi miraculum de sacramento altaris quod ad omnes infideles convincendum sufficeret. cum enim miracula solum fiat virtute divina iuxta illud psalmus. Qui facis mirabilia solus et. deus non potest esse testis falsitatis. relinquitur quod miracula que sunt facta ad confirmationem fidei nostre arguunt ipsius infallibilem veritatem. Item ex alio confirmatur quod est mirabilissimum: ut inquit Augustinus. quod inter persecutorum potentissimorum tyrannidem que fidei christi impedire: immo extinguere sunt conati. innumerabilis turba nedum simplicium sed sapientissimorum ad fidei christi per universas provincias conuolauit: in qua omnem humanum intellectum excedentia predicantur. voluptates carnis cobibent. et omnia que in mundo sunt contemni docent quibus animos mortalium assentire maximum est miraculorum et excellentissimum diuine inspirationis opus. ut contemptis visibilibus sola inuisibilia cupiant. adeo ut contempta etiam corporali vita per crudelissima tormentorum genera: multi pro christi fide vitam finierint. quod non aliter quam diuina inspiratione fieri exploratum existit. Si autem dicatur quod sine miraculis fides christi fuerit recepta hoc omnibus signis esset mirabilissimum: si ad credendum

ita ardua: ad operandum ita difficilia et ad sperandum ita alta. mundus absque mirabilibus signis motus fuisset: et presertim a simplicibus et ignobilibus hominibus quales apostoli fuerunt que christi ecclesiam plantauerunt. et si arguantur in contrarium de lege machometi que falsa est: et tamen a multis recepta. dicendum quod non est simile quam christi fides habet omnes difficultates de quibus praediximus et cum eis a principio sumpsit exordium: atque cum martyrij acerbitate tanquam granum frumenti quod in terra mortuum est multum fructum attulit. Lex autem machometi processit via contraria. nam promisit voluptates carnales eius sectatoribus: ad quarum desiderium carnalis concupiscentia instigat. precepta etiam tradidit praedictis promissis conformia voluptati carnali habeas relaxas in quibus promptum est etiam carnalibus hominibus obediri. documenta in super veritatis non attulit nisi que de facili a quolibet mediocriter sapiente naturali ingenio cognosci possunt. quin potius vera que docuit: multis fabulis et fallissimis doctrinis immiscuit. signa etiam non adhibuit supernaturaliter facta quibus solis diuine inspirationi testimonium conueniens adhiberetur dum operatio visibilis que non potest esse nisi diuina: ostendit doctorum veritatem inuisibiliter inspiratum. sed dixit se in armorum potentia missus. que signa et latronibus et tyrannis non desunt. et etiam a principio non crediderunt aliquid sapientes in rebus diuinis et humanis exercitati: sed homines bestiales in desertis morantes omnes doctrine diuine et humane prorsus ignari. per quorum multitudinem alios armorum violentia in suam legem coegit. Nulla etiam diuina oracula praedictorum prophetarum et testimonium prohibet: quin potius quasi omnia veteris et noui testamenti documenta: fabulosa narratione deprauat. ut patet legem eius insipienti. unde astuto consilio libros veteris et noui testamenti suis sequacibus non reliquit legendos: ne per eos falsitatis argueretur. Adhuc etiam pro ulteriori praedictorum confirmatione non pigebit in medium afferre quod lacta. in. v. sui operis libro deducit sic inquit. Quis est ita excors tanquam cecus que non videat in martyribus fuisse sapientiam. licet eorum persecutores malicia et furore execrati stultos esse arbitrantur. qui cum haberent in sua potestate supplicia vitare cruciari tamen et mori maluerunt. sed possent ipsi ex eo videre non esse stulticiam in quarenta hominum milia per orbem

totū vna ⁊ partē mēte cōsentīūt. si enīz femi-
ne sex⁹ infirmitate labūt: viri certe sapiūt. si
pueri: si adolescētes iprouidi sunt per eta-
tātē maturi certe ac senes habēt stabile iu-
diciū. si vna ciuitas desipit: certe vtiq; innu-
merabiles stulte esse nō possunt. si vna pro-
uincia vna natio prudentia caret: ceteras
oēs habere intelligētiā recte necesse est: cuz
vero ab ortu solis vsq; ad occasum lex diui-
na suscepta sit: ⁊ omnis sexus: omnis etas
⁊ gens ⁊ regio ⁊ natio vnīs ac paribus ani-
mīs deo seruiāt eadem sit vbiq; patientia
idem conceptus mortis intelligere debue-
rant aliqd in ea re esse rationis: quid nō si-
ne causa vsq; ad mortē defendat: aliqd fun-
damētī ⁊ soliditatis qd eā religionē nō tm̄
iniurijs: vexatione non soluat sed augeat
semper ⁊ faciat firmiorem. debuerāt prete-
rea existimare cū videant dilacerari boies
varias tormētōrū generib⁹. ⁊ inter fatiga-
sos carnifices inuictā tenere paciētia: con-
tensum tā multoz pseuerātia moriētū nō
vanā esse: neq; ipsam paciētiaz sine deo tan-
tos cruciatos posse superare. Latrones enī
robusti corporis viri eiusmodi laceratiōes
perferre nō queūt. exclamāt ⁊ gemit⁹ edūt
vincunt enim dolore: qz deest eis inspirata
paciētia. Nostri autē vt de iuris taceā pueri
⁊ muliercule torturas suas tacite vincūt: ⁊
exprimere illis gemitū nec ignis pōt. Ecce
sex⁹ infirm⁹ ⁊ fragilis etas. dilacerari se to-
to corpore vtiq; patif. nō necessitate qz licz
vitare si velint. s; volūtate: qz pfidūt in deo
hec ille. Jure igif cōcludere possum⁹ verba
Maximi epi in quodā sermone in mediuz
proferētes. Nouerim⁹ (inqt) qz nō sine ma-
gno discrimine de religiōis veritate dispu-
tam⁹: q̄ tātoꝝ sanguie cōfirmatā videm⁹.
magni piculi res est si post ppbetaz oracla
post aploꝝ testimonia: post martyꝝ vulne-
ra: veterē fidē q̄si nouellā discutere psumas
⁊ post tam manifestos duces in errore per-
maneas: ⁊ post moriētū sudores ociosa di-
sputatione contendas.

Questio. xxij.



Quesimosecundo q̄ro. An de
beresi possit q̄s accusari post
mortē. ⁊ dicendum q̄ sic. vt
xxij. q. ij. c. si. ⁊ in. c. filij. de
ber. li. vj. de q̄ est bona glo. xxij. q. ij. i. sum.

boc tñ limitat glo. xxij. q. ij. c. ipa pletas.
nisi illi dū viuerent esse bone fame. per. c. in
p̄mis. ij. q. j. sed intellige eas in casu in quo
loquit. s. qñ ille q̄ accusat esset heretic⁹ vel
alias inabilis. ⁊ sic etiaz loquit tex. in di. c.
in p̄mis. alias autē crederē/ q̄ huiusmōi ac-
cusatio etiā cōtra nō infamatum esset post
mortē admittēda. ⁊ hoc iudicio meo pbat
fatis aperte tex. in. di. c. filij. cōuincif autē
in hoc casu mortu⁹ de crimie. si postq̄ erat
accusat⁹ se ipm occidit. nā tūc cōscia crimi-
nis se videt occidisse. pro quo est glo. no. in
l. si. l. de iur. fil. li. x. ⁊ ibi tenet Bar. Istud
tñ limita nisi heres vellet innocētia purga-
re defuncti vel id qd pro innocētia reputat
vt est q̄libet iusta defensio/ vt puta p̄scriptio
vel qd fecit ad suā defensionē ⁊ similia. naz
qui habet iustā defensionē innocēti par est
nā ei⁹ factū pōt defendi. q̄uis oīno excusa-
ri nō possit. ff. ad le. iul. repe. l. iulia. §. si. ita
tenet bal. in. l. ij. c. q̄ testa. fa. po. sed in cri-
mine heresis difficilime innocentia posset
probari: cū in aio cōsistat heresis/ nisi esset
casus vbi ex aliquo particulari facto vel di-
cto illa cōcluderet. ⁊ adhuc eo casu si illi in
vita de hoc crimine fuissent infamati vel su-
specti/ predicta excusatio nō admitteret. vt
in. c. filij. de here. li. vj. qd tñ intellige iuxta
ea q̄ inferri⁹ dicā in eodē mēbro: p̄scriptio
etiā in hoc crimine viuēte heretico nō pce-
dit. sed eo mortuo admittit sola quadrage-
naria ad tuendū heredes suos quo ad bo-
na que habuerunt ab hereticis. dūmodo il-
li dum viuerent catholici putarētur. alias
secus. totū hoc probat tex. no. in. c. ij. de pre-
scrip. li. vj. per quē tex. declarat. l. apostata-
ruz. l. de apostata. Formam autē pronun-
ciandi hoc casu ⁊ similibus cōtra mortuuz
vide per glo. no. in. §. per cōtrariū. insti. de
deberedi. q̄ ab inte. dese. Considera tamen
q̄ ista accusatio admittitur ad finem occu-
pandi bona illius quem in vita constat he-
reticum fuisse. non autem vt aliqua pena
alia puniatur. vt voluit glo. in di. sum. ⁊ ne-
mirandum de hoc. cum etiā si cōtra viuen-
tem esset accusatio instituta. si tamē anteq̄
pena sibi inferretur mortuus extitisset non
esset in eius corp⁹ aliqua iusticie executio
post mortē fiēda. per tex. no. in. l. defuncto
ff. de publi. iudi. ex quo manifeste cōuincit-
tur errare assessores seu iudices maleficioꝝ

qui in defunctos faciunt executionem pene capitalis, et hoc tenet Augu. in di. l. defuncto, et faciunt ad idem not. per Ly. in l. ij. l. qui testa, fa. po. caueat igitur ab hoc, alias tempore sindicatus conueniri posset: tanquam in feretes iniuriam cadaueri, in l. j. §. quoties ff. de iniur. dicit tamen Jo. de imo, in di. l. defuncto, quod quandoque de facto seruat contrarium, presertim in grauibus delictis, et ubi esset talis consuetudo tolleranda esset in odium et detestationem eorum: et propter facti memoriam, ar. eius quod habet, xv. q. j. c. mulier, ubi etiam aial irrationale puniunt propter facti memoriam, et ar. eius quod habet in c. cuz ad monasterium, de stat. regu. ubi monachus qui in morte non resignauit pecuniam quam tenebat tanquam propriam sine consensu abbatis: iubet sepeliri extra cimiterium cum pecunia in sterquilino: in signum perditionis, pena tamen excommunicationis astringi potest hereticos post mortem, xxiiij. q. iij. sane, et per glo. ea. ca. et q. in sum. et ideo tenet glo. in c. si quis epus, eo ti. et talis excommunicatio non ideo fertur: ut ille amplius ligetur: quia iam eternaliter est damnatus, sed in criminis detestationem: ut ceteri hoc iudicium terribile ecclesie audientes: filia committere contremiscant secundum archi. in di. sum. hodie tamen non esset necesse in eos ferri sententiam, cum a iure sint excommunicati, de here. excommunicatione, lo. j. non tamen tollitur propterea quando possent etiam ab homine excommunicari, iuxta, no. per glo. et docto, in c. ita quorundam de iudei. Inferunt etiam ipsi alia pena post mortem: quam eorum corpora non debent habere ecclesiasticam sepulturam imo quicumque eos presumpserint ecclesiastice tradere sepulture: ipso facto iniam excommunicationis incurrant usque ad satisfactioem condignam a qua absoluti non debent nisi propriis manibus publice extumulent, et proiciant huiusmodi corpora damnatorum, et ultra hoc locum ille perpetua debet carere sepultura, ut in c. quicumque, in prin. de here. li. vj. et pondera illum tex. qui requirit quod suis manibus extumulent, et sic non satis esset si per alium facerent, ut dicit ibi glo. requirit etiam tex. quod extumulent publice, Considera tamen quod ista accusatio post mortem habet locum tamen in hereticis, non autem in creditibus fautoribus et receptatoribus eorum qui non sunt heretici quia morte eorum huiusmodi crimina extinguntur, ut probat tex. in c. accu. §. porro, eo. ti. li. vj. et huiusmodi non est, quia istorum bona non sunt ipso iure confiscata, ut in eo, c. §. si vero, et hac conclusionem tenet

Ar. Jo. mo. et Jo. an. in di. §. si vero, quod ad carentiam tamen sepulture eo iure quod heretici ceciderunt, ut in di. c. quicumque in prin. Sed iuxta predicta quod eo casu quo procedit contra mortuum, an si aliquis voluerit eum defendere admittat, glo. tangit questionem, xxiiij. q. ij. c. damnationis, et tenet quod sic, ff. de procu. seruus quibus §. publice, et maxime cum in casu criminali pro inuicto quis possit appellare, ff. de appl. non tamen, sed opponit glo. quod admittet cum non possit cauere de rato, ad quod respondet quod satis videtur habere ratum, ex quo non opponit obicem contrarie voluntati, de conse. di. iij. q. ris, sed ego limitare hoc eo casu quo illi in vita non erat diffamati de heresi vel suspecti: nam tunc non essent aliqui/etiam filii vel beredes ad eorum defensionem admittendi, pro quo iudicio meo est tex. apertus in di. c. filii, Sed illo casu aduertendum est quod etiam si non admittant defensores ad excusandum delictum, vel ad opponendum se contra probationes et contrarium probandum, admittendi tamen sunt ad probandum corruptionem vel falsitatem illius probationis, ita quod concludat illam non esse legitimam probationem, quod solummodo a iure excludunt ad probandum contrarium directum eius quod probatum fuerat secus autem per hunc modum indirectum, sic determinat Jo. an. in nouel. in di. c. filii, quem sequitur ibi Domi. et per hoc habes no. intellectum ad omnia iura que volunt stare alii cui probationi et non admittunt contrariam probationem, debent enim intelligi modo predicto, facit in simili quod no. glo. et Bar. in l. iuris gentium, §. quod fere, ff. de pact. Limitarem etiam et secundo illum tex. ut intelligatur tantum in filiis vel heredibus mortui heretici qui sunt admittendi illo casu secus autem in alijs extraneis arguendo ex illo tex. per locum a speciali, sicut et multa alia specialia propter detestationem tanti criminis reperiuntur statuta, ad quod etiam seruit ratio glo. posite/que dicit quod aliorum non interest se opponere huic defensionem: et defensio que admittitur ex fauore publico per quemcumque prestita, ut in di. §. publice excluditur propter eundem fauorem publicum: cuius maxime interest tamen ne probandum crimine indilate puniri, et inde est quod etiam si in alijs criminibus nedum condemnat: sed etiam tertia permittat in fauorem condemnati appellare, ut. l. non tamen, ff. de ap. in hoc tamen crimine etiam ipsi condemnato

appellatōnis remediū interdictū vt late su-
peri⁹ dixim⁹: ⁊ hoc propter criminis enor-
mitatē. Sed q̄ro cui pene subijciēt iste qui
mortuū accusauit si succūbat in accusatio-
ne. glo. in di. c. sane dicit/ q̄ ei cui suppone-
ret accusat⁹ si viueret ⁊ ei cui modo suppo-
nitur. nec mirū cum grauius sit peccare in
mortuū q̄ in viuū. vt. l. de sepul. vi. l. qui
sepulchra. sed ego dubito an illud sit verū
cum accusator succūbens puniat similitu-
die supplicij. l. de accu. l. si. imo ab hac pe-
na in mult⁹ casib⁹ excusat. de qb⁹ p glo. no.
in. l. atble. s. calūniator. ff. de vi. qno. in fa.

Questio. xxij.



Uicesimo tertio q̄ro de pena fi-
lijs hereticoꝝ infligēda. Ad
qd̄ est dicēduz q̄ puniunt in
successione paterna. nā in bo-
nis p̄nis minime succedūt: imo illa fisco
applicant. Si enim in crimine lese maiesta-
tis hoc est institutum: a fortiori in crimine
heresis locū sibi debet vēdicare: cū lōge ma-
gis sit eternā q̄ tēporalē ledere maiestates
sic dicit tex. de here. c. vergētis. Puniantur
etiā alia pena: qz filij hereticoꝝ ⁊ receptato-
rum ⁊ fautorū vsqz ad sc̄dam generationēz
ad nullū ecclīasticū bñficiū seu officiū pu-
blicū admitti debēt. ⁊ si sec⁹ actū fuerit est
illud irritū ⁊ inane. vt. c. quicūqz. s. heretici
eo. ti. li. vj. qd̄ intellige de sc̄do gradu descē-
dētuz per lineā masculinā. In descēdenti-
bus aut̄ per lineā femininā ad primuz gra-
dum dūtatur extēditur. vt in. c. statutū lo.
ij. eo. ti. ⁊ li. Itē illud intellige de illis quo-
rum progenitores iuxta predictā distinctio-
nem fuerūt heretici vel decesserunt heretici
nō autē illorum quos emēdatos esse consti-
terit: ⁊ reincorporatos ecclīe vnitati: ⁊ pro
culpa huiusmodi ad mādatū ecclīe peni-
tētiāz recepisse quā ipsi vel iam p̄fecerūt vel
humiliter prosequunt̄ vel sunt parati ad re-
cipiēdu eandē. vt in di. c. statutū. s. si. Sed
iuxta p̄dicta dubitat̄: nūquid fili⁹ heretici
ip̄o facto perdat bñficiū ecclīasticū qd̄ ha-
bet. glo. in. c. sat⁹ p̄uersuz. lvi. di. cōcludit q̄
nō ⁊ sic trāsit p̄anoꝝ. in. di. c. vergētis. re-
mittens ad glo. in di. c. quicūqz. sed aduer-
te quia glo. in dicto. c. satis peruersum nō
loq̄tur in crimine heresis: sed in crimine le-
se maiestatis. ⁊ glo. in dicto. c. quicūqz. ad
quaz remittit nil dicit de hac materia. Jo.

an. in nouel. ⁊ Domi. in. c. vt cōmissi. s. p̄s-
uandi. eo. ti. ⁊ li. tenet q̄ tales ip̄o iure sint
priuati beneficijs. nec est fiēda distinctio:
fuerit talia bñficia collata filijs vel nepoti-
bus ante delictū parētū vel post. sed simpli-
citer est dicēdu qd̄ predictim⁹. pro quo facit
tex. in di. s. p̄uandi. q̄ simpliciter loquit̄. ⁊
tex. in. c. felicis. s. qd̄ si q̄s. de pe. li. vj. Nec ob-
stat si dicat qd̄ ille. s. loquit̄ in alio casu: qz
sc̄dm eos illud est lōge min⁹ dictū q̄ istud.
ad qd̄ etiā facit. di. c. statutū. s. salua melio-
ri deliberatione/ ego credere esse fiēdā illaz
distinctiōnē. qz aut bñficia fuerunt collata
ante delictū parētuz ⁊ filij nō sunt illis ip̄o
iure priuati: aut fuerunt postea collata et
sunt priuati ⁊ pro hac distinctiōne facit tex
in. di. c. quicūqz. s. heretici. iuncto. di. c. statu-
tū. vbi inabilitant̄ ad bñficia obtinēda filij
hereticoꝝ. ⁊ c. ⁊ sic iura p̄dicta loquunt̄ tñ
de obtinēdis post heresim parētū nō tñ an-
te. nec ob. tex. in di. c. felicis. s. qd̄ si q̄s. qz lo-
quit̄ in alio crimine q̄ heresis. nec est fiēda
extēsiō cū sit ius penale. per iura vulgaria.
⁊ si illud esset verū oēs pene cōtēte in di. c.
felicis haberēt locū p̄tra hereticos. per fun-
damēta istorū de q̄ sup̄ qd̄ est absurdū/ p̄s-
sertim qz interdū pro minori delicto impo-
nunt̄ maiores pene. ⁊ sic ratio argumētatio-
nis eoz nō procedit. pro quo est tex. in. c. ad-
monere. xxxij. q. ij. vbi maior pena imponi-
tur occidētī vxorē/ q̄ occidētī matrē. cūz tñ
cōstet lōge graui⁹ delictū esse matrē occide-
re q̄ vxorē. Restat r̄ndere ad di. c. vt cōmis-
si. s. p̄uandi. qd̄ satis videt̄ vrgere. ⁊ dicas
qd̄ ille tex. est intelligēdu sc̄dm iura p̄dicta
nō enim inducit nouū ius quo ad hāc p̄ua-
tionē. naz ille tex. p̄ncipaliter emanauit ad
declarādum. in q̄bus inq̄sitores sine dioce-
sano possēt procedere. Unde qd̄ de p̄uatio-
ne bñficioꝝ dicitur enunciatiue narrat̄. et
per consequēs dispositionēz nō facit. iuxta
tex. in. c. si papa. de priuil. li. vj. ⁊ vbi velles
qd̄ dispositionē inducere: debet intelligi de
beneficijs: postq̄ parentes heresim incur-
runt filijs collatis per ea q̄ superius dixi-
mus: vt iuribus concordentur. Alterius
quero. an pena q̄ imponitur filijs heretico-
rum extēdatur etiam. ad bastardos. glo. in
di. c. statutum tangit hanc. q. ⁊ arguit pro
et contra. Et finaliter tenet q̄ extendatur
ad eos. ne plus habeat luxuria q̄ castitas.

et idē tenet ibi archi. z seqtur Jo. an. in no
uel. q̄ dicit se sic cōsuluisse cū q̄busdā docto
rib⁹: cū illegittimus sit de sanguie respectu
generis: z in ip̄o etiā timeat crimē paternū
L. ad. le. iul. ma. q̄squis. Itē si puniunt filij
legittimi a fortiori bastardi. qui sunt odibi
les legi. ar. de prebē. eū qui. l. vj. cū suis cō
cor. Item qz iura generaliter loquunt bene
facit ad hoc. ff. de in ius. vocan. l. si. verūta
mē scdm doctrinā L. y. in di. l. quisq̄s illud
esset intelligēdum de bastardo q̄ patrē cer
tum posset nominare. secus autē esset in vul
go quesitis natis ex incerto coitu: q̄ certus
patrē demonstrare nequnt. qz tunc cessat in
eis ratio/ cū nō constet illū esse patrē eoz. z
idē seqtur Jo. an. in di. c. statutū. Subdit
tamē ibi domi. q̄ vbi cōmunis vsus alicuis
ciuitatis vel loci reputaret illos de domo
scdm q̄ dicit seruari Florētie z perusij: vbi
deserūt arma illi⁹ agnitōis de qua esse pu
tant. tūc ad eos huiusmodi pene extēderen
tur. z dicit fuisse hoc de mēte Bar. in. l. pro
nūciatio. ff. de ver. signi. z in lege filiū. ff. de
bi. q̄ sunt sui vel alie iur. Cōfirmo etiā am
plius hāc partē. naz in casu odij rationabi
lis: simplex appellatio filij cōprehēdit etiā
naturalē. vt in. l. libertinū. cōiuncta rubri.
L. de interdict. ma. inter. pu. z tu. hoc autē
odiū rationale est naz cū in crimine lese
ma. filij dicant digni paterno supplicio. vt
in dicto. l. quisquis. §. filij vero. a fortiori in
crimine heresis per di. c. vergent. ad idē fa
cit qd̄ not. Bar. in. l. ij. ff. de accu. z in. l. tu
telas. ff. de. c. dimi. z in. l. si. L. de ver. sig. vbi
tenet/ q̄ si ius siue dispositio loquitur per
verba naturalia: vtpote filij vel nepotes cō
prehēdenē etiā naturales z bastardi. qz se
cundū naturā sic trahunt naturā a patrib⁹
sicut legittimi/ sic est autē in proposito: qm̄
iura superi⁹ inducta loquunt de filijs here
ticorū per verba naturalia. i. filij z nepotes
z cetera. z presumunt imitatores delicti pa
terni sicut z naturales: immo multo forti⁹
cū ex talib⁹ cōplexibus sepe numero dege
neres viri z scelerati nasci cosueuerūt. vt di
cit tex. l. vj. di. si gēs anglozū. Sed q̄ro: an pe
ne predictē se extēdant etiā ad filios q̄ nati
sunt anteq̄ eoz p̄res heresim incurrisent.
L. alde. mouet hāc. q. in cōsilijs suis in ti. de
bere. cōsi. ij. z arguit pro z contra. finaliter
tū cōcludit qd̄ nō se extēdāt ad eos per. l.

emancipatū. ff. de sena. cū materia sua. Itē
facit qz fili⁹ ante nat⁹ ex superueniente digni
tate in p̄sona p̄ris nō cōseqtur p̄uilegiū vel
honorē. vt. l. senator. L. de digni. li. ij. z. l.
filij. §. senatores. ff. ad muni. z per cōsequēs
si nō honorē/ ergo nec penā vel onus. vt. l.
ex qua persona. ff. de reg. iur. ad idē. l. ij. §. si
ff. de bo. po. con. ta. z. l. si necesse. §. si depoz
tat⁹. ff. de bo. libert. per q̄ iura filij naz nati
propter superuenientes casum in p̄sonā p̄ris
nō repellunt a successione. z pro hoc etiā
inducit. l. diuo marco. L. de quest. z dicit
esse casus expressus in. l. ij. L. de libert. z eo.
libe. Ad cui⁹ p̄firmationē pōt induci qd̄ i si
mili not. L. y. in di. l. quisq̄s. circa filios illi
us q̄ cōmisit crimē lese maiestatis. sed in con
trariū facit qd̄ no. ibi Sali. qui tenet illas
penā etiā habere locū in antea nat⁹. cū non
minus in eis hereditarij criminis exempla
sint metuēda. z quia iura ḡnalter loquun
tur: nec ob. iura in cōtrariū inducta scdm
eū. p̄pter grauitatē enim criminis lese ma
iestatis cōtrariū in eo statuit: z per easde
rationes idē ego dicerē in crimine heresis
cū sit lōge maius. vt in di. c. vergent. ad hoc
etiā facit textus apertus in dicto capitu
lo. statutum. §. finali. de hereticis. ibi cum
dicit: vel tales etiā decessisse probantur:
ex quo innuitur sufficere quod patres eo
rum in morte fuissent heretici. nec potest
dari cōueniens solutio ad illum textum ad
idem facit di. cap. filij eodem titulo: quod
loquitur de illis qui ostenderunt signa he
resis cum decumberent in lecto propter in
firmitatez de qua decesserunt: et contraria
tolluntur per ea que diximus: q̄ sit in hoc
crimine speciale/ propter eius grauitatem.
Sed an inquisitores heretice prauitatis
poterūt facere statuta/ vtpote augendo pe
nam contra hereticos: vel alias circa hoc
crimen disponendo. z dicendum est secun
dum Lapuz. in capitulo. ij. §. statuto. de cō
sti. li. vj. q̄ non. quia sunt delegati. vt. c. per
hoc. z. c. ne aliqui. de here. li. vj. ex quo infer
tur qd̄ etiā delegat⁹ ad vniuersitatē causa
